

Universitätsbibliothek Wuppertal

Scriptores de orthographia

Keil, Heinrich

Lipsiae, 1880

Audacis De Scauri et Palladii libris

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-2014](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-2014)

AVDACIS

DE SCAVRI ET PALLADII LIBRIS

EXCERPTA

Audacis liber de arte grammatica in duobus inventus est codicibus nono saeculo scriptis, Bernensi 336 et Monacensi 6434 olim Frisingensi 234. e quibus Bernensis, quem Hagenus catal. cod. Bern. p. 333 descripsit, hunc librum exhibet f. 8*—46 *incipit Audacis de Scauri et Palladii libris excerpta per interrogationem et responsionem script. de nomine artis interpretatio. Ars quid est* — p. 41 ed. Hal. *servant ut tradidit*. nam reliqua in eo scripta non sunt. ex hoc quaedam deprompsit Hagenus anecd. Helvet. p. XXXIV. in Monacensi codice idem liber legitur f. 45—108 *incipit Audacis de Scauri et Palladii libris excerpta et per interrogationem responsa de nomine artis. intgat. Ars quid est — grece metaplasma*. sequitur tractatus de soloecismo f. 108—111, quem, quia detrita et partim deleta scriptura legi vix poterat, neque quidquam quod gravioris momenti esset inesse videbatur, in editione omisi: cf. catalog. cod. Monac. v. I 3 p. 111. sed in eo codice non solum quaedam quae de metro p. 12 et de verbo p. 25 in Bernensi libro leguntur omissa, verum etiam de quattuor partibus orationis, de adverbio, de participio, de coniunctione, de praepositione pauca omnino relictis eaque neglegenter ex amplioribus commentariis codicis Bernensis excerpta sunt.

Praeter hos codices, qui totum Audacis librum continent, partes libri inventae sunt in pluribus. cum eadem inscriptione quam supra posui ea pars quae est de nomine coniuncta cum aliorum grammaticorum commentariis legitur in codice Caroliruhensi 112 nono saeculo scripto, cuius apographum Alfredi Holderi benevolentiae debeo, f. 63 *incipiunt artes* (l. partes) *Audaci de Scauri et Palladii libris excerpta. Quid est nomen — fluctibus curribus*, ubi ante *incipiunt* in margine adscriptum est nomen *uulffuinus**). sequuntur ampliores commentarii de nomine, de pronomine, de verbo, de adverbio, de participio, de coniunctione, de praepositione, de interiectione, de schematibus et tropis, de barbarismo et soloecismo, in quibus nihil quod ad Audacem referri possit inveni. ex Vaticano codice duo excerpta adscripto grammatici nomine edidit Maius class. auct. v. VI p. 589, alterum breve de elemento, *Audacis. Elementum — res*

*) De Vulfino, grammatico Aurelianensi, dixi de gramm. quib. lat. inf. p. 22. nomen autem grammatici in codice adscriptum, deinde post commentarium de verbo repetitum, f. 92 *finis deo gratias uoluiuius*, hoc videtur indicari, cum Vulfini commentariis excerpta Audacis in Caroliruhensi codice coniuncta esse.

solvitur, alterum paulo longius de voce, *Audacis denscausi* (l. *de Scauri*) et *Palladi libris inscripta* (l. *excerpta*) *Vox est aer ictus — aut patiens*, quae ille ib. p. 553 'e glossario maximae molis Vaticano perantiquo saeculi ferme undecimi' deprompta esse scribit. sumpta autem haec esse ex libro glossarum, cuius codice Palatino 1773 usus erat Maius, apparet ex iis quae de eo libro disputaverunt Wilmannsius et Usenerus mus. Rhen. v. XXIV (a. 1869) p. 362 et 382 sqq. et Loewius prodr. corp. gloss. lat. p. 222 sqq. et praef. p. XII. priorem locum Hagenus anecd. Helvet. p. XXXV e codice Bernensi 16 edidit, alterius partem ex Maii editione Wilmannsius Varr. libr. gramm. p. 82 repetivit. omisso nomine Audacis duo commentarii de accentibus in codice Monacensi 6399 olim Frisingensi 199 saec. IX post Bedae libros de arte metrica et de schematibus scripti sunt: cf. supra p. 219, catalog. cod. Monac. v. I 3 p. 104. cum hoc consentit Leidensis Voss. Q 116, in quo post Pauli et Nonii libros iidem commentarii sine nomine auctoris scripti sunt. Leidensi codice usus est L. Muellerus, qui eum decimo vel nono saeculo scriptum esse dixit, cum mus. Rhen. v. XVIII (a. 1863) p. 169 sqq. duos commentarios de accentu ederet.

His addam nomina grammaticorum, qui inde a septimo saeculo in libris de arte grammatica scriptis hoc Audacis libro usi sunt. nam ante illam aetatem quam dixi eius memoriam fieri non inveni. extremis autem septimi saeculi annis Iulianus Toletanus in arte grammatica, quae Romae a. 1797 edita est, ex qua pauca excerpta posui gramm. lat. v. V p. 313 sqq., nomen Audacis bis appellavit, p. 317, 21 *unde Audax* 'definitio quid est? oratio quae id de quo quaeritur aperte describit' sqq. et p. 318, 13 *ut puta si dicas mihi* 'quid scit Audax?', *dico grammaticus est*, et quaedam de litteris, de metro, de pedibus, de hexametro versu ex eius libro recepit. eodem fere tempore Aldhelmus Anglus scripsit librum 'de septenario et de re grammatica ac metrica' a Maio class. auct. v. V p. 522 sqq. editum, in quem omnem Audacis disputationem de hexametro versu non nominato auctore recepit. his duobus paulo inferior aetate fuit Beda, qui in libro de arte metrica p. 241, 10 praecepta Audacii, quem dicit, de accentibus interiectionum posuit, quae in codice Bernensi apud Hagenum anecd. Helv. p. CXCVII repetita sunt, et eiusdem libro usus est saepius, p. 245, 16 de caesuris, p. 253, 15 de communibus syllabis, p. 258, 24 de metro et rhythm. postea Bonifatius in arte grammatica a Maio class. auct. v. VII p. 475 sqq. edita praeter antiquiores grammaticos, de quibus Bursianus Sitzungsberichte d. bayer. Akad. 1873 p. 457 sqq. disseruit, Audacis librum adhibuit. ex hoc enim petiverat quae de praepositionibus p. 544 sqq. scripta sunt, sicut dixi in indice lectionum Halensium aestiv. a. 1875. nomen grammatici cum antiquiorum

grammaticorum nominibus compositum est in codice Parisino 7560, praeterea si quis venenosae tetro invidiae fermento infectus vel ignorantia, matre omnium errorum, et audacia proprii ingenii compellente inlectus has grammaticae artis normulas morsu aspidis et genuinis sanguineis lacerare voluerit, sciat se Prisciani vel Donati, Probi vel Audacii, Velii Longi vel Romani, Flaviani vel Eutydis, Victorini vel Focae, Asperi vel Pompei latus laniare et non viventem rusticum infestis iaculis insequi, sed pulverem mortuorum rhetorum et cinerem sagittare, quia nec unius saltem ramus regulae in hoc libello insertus reperitur, qui non alicuius horum sit radice fortiter fundatus: cf. de gramm. quib. lat. inf. aet. p. 26. praeterea 'quidam grammaticus Audax nomine' Augustino aequalis fuisse dicitur in excerptis codicis Bernensis 83, Hagen anecd. Helvet. p. CV, unde sanctus Augustinus, cum eum quidam grammaticus Audax nomine sacratorem plebis dei nominasset, 'quid' inquit 'me sacratorem plebis dei vocas? da veniam multam: cui loquaris ignoras, cui sacratum esse magnum est'. petita haec sunt ex epistula Augustini ad Audacem scripta, quae una cum ipsius Audacis epistula legitur in epistulis Augustini 260 et 261, August. op. v. II p. 672 ed. Antverp. a. 1700. sed de grammatica Audacis doctrina in iis epistulis nihil scriptum est; neque hunc qui de arte grammatica scripsit Augustini aetate vixisse, sed vix sexto saeculo superiorem fuisse puto.

Ex duobus codicibus quos supra dixi, e quibus Monacensem Maximilianus Kleemannus descripserat, Bernensem partim ipse descripseram, partim cum apographo Monacensis codicis Hagenus contulerat, Audacis librum per occasionem academicarum scriptionum edidi Halis a. 1872—1877, quam editionem nunc pluribus locis correctam repetivi. quamquam enim in priorie parte libri plurima cum duobus libris Victorini de arte grammatica et de metris et hexametro plane consentiunt itemque in posteriore parte similis consensus est cum institutis artium Probi, tamen non solum quaedam rectius apud Audacem quam apud illos scripta, sed etiam alia, quae apud illos omnino non leguntur, addita sunt, eaque partim haud vulgaria, sed ex antiquiore doctrina petita, quo refero in primis ea quae de mensura v. *aqua* cum versu Lucretii tradita sunt p. 8, de metris cum duobus versibus Varronis Atacini et de pedibus versuum p. 12, non nulla in commentariis de praepositione et in extrema parte de accentibus. aptius autem esse visum est totum librum quamvis saepe cum iis quae antea edita erant consentientem proponere, quam ea quae maxime digna essent memoria, id quod olim promiseram, excerpere, quo certius de natura et auctoritate libri iudicium paratum esset. itaque lectionem duorum codicum manu scriptorum, quibus usus sum, integram exhibui; in commentariis de accentu scripturam alterius codicis Monacensis addidi. ex Victorini libris ea quae ad corruptam

codicum scripturam emendandam valebant adscripsi; numeros autem paginarum et versuum editionis Victorini, ubi ille cum Audace consentit, in marginibus posui. locos grammaticorum qui Audacis libro usi sunt et locos Probi cum illo consentientes ante adnotationem separatim indicavi. paginae editionis Halensis in superiore margine indicatae sunt.

De Scauri et Palladii libris, ex quibus excerpta se composuisse inscriptione libri Audax indicavit, nihil memoriae proditum est. neque tamen videtur dubitari posse quin Scauri nomen ad priorem partem libri, in qua plurima, ut dixi, cum duobus Victorini libellis consentiunt, Palladii nomen ad ea quae in posteriore parte ex Probi institutis artium quae feruntur collecta sunt grammaticus pertinere voluerit. et Scauro quidem non nullae definitiones quae in initio libri ab Audace scriptae sunt tribuuntur a Diomede et ab eo qui explanationes in Donatum gramm. lat. v. IV p. 486 sqq. editas scripsit, definitio artis expl. p. 486, 9 *Scaurus vero hinc coepit 'ars est cuiusque rei scientia usu vel traditione suscepta', quia artem doctrina vel usu cotidiano percipimus*, elementi vel initii ib. p. 535, 5 *unde Scaurus 'initium a quo sumitur incrementum'* et Diom. p. 421, 16, ut videtur, *Scaurus sic eam definit, littera est vocis eius quae scribi potest forma: elementum est minima vis et indivisibilis materia vocis articulatae vel unius cuiusque rei initium, a quo sumitur incrementum et in quod resolvitur*, orationis Diom. p. 300, 19 *Scaurus sic, oratio est ore missa et per dictiones ordinata pronuntiatio; oratio autem videtur dicta quasi oris ratio. — oratio est sermo contextus ad clausulam tendens. clausula est compositio verborum plausibilis structurae exitu terminata*. reliqua autem quae Scauri nomine ab illis relata sunt, Diom. p. 300, 27 et 320, 13 de nomine et appellatione et vocabulo, p. 318, 14 de septimo casu, p. 403, 20 de adverbio, p. 444, 29. 449, 26. 456, 27 de figuris, expl. in Don. p. 560, 19 sqq. et 562, 1 de coniunctionibus et praepositionibus, in excerptis Audacis non leguntur. verum ex his quae apud eum in initio libri scripta sunt multa cum iis quae a Diomede in prima parte secundi libri tradita sunt ita consentiunt, ut ea ex eodem fonte ducta esse appareat, de arte p. 421, 4, de grammatica cum definitione elementi et officiorum artis grammaticae p. 426, 21; 32 et 421, 18, de partibus lectionis p. 436, 19 et 439, 11, de latinitate p. 439, 15, de voce p. 420, 9, de definitione p. 420, 25, de distinctione p. 437, 20 et quaedam de litteris et syllabis et accentibus, ut videtur, p. 421, 15. 427, 4. 430, 29. nam ad ea quae sequuntur de metro et de pedibus et de hexametro versu iste consensus non pertinet, neque in commentario de nomine praeter pauca et vulgaria quidquam quod cum Diomede consentiat deprehenditur. sed quoniam ea quae modo dixi auctore Audace iam Scauro tribuenda sunt, haud impro-

babile est Diomedem artem grammaticam hoc nomine inscriptam usurpavisse eiusdemque artis excerpta ad usum scholarum accommodata et in formam interrogationis et responsionis redacta fuisse, quae in suum librum Audax recepit. alia eorundem excerptorum recensio est, quae nunc in libris manu scriptis partim Victorini partim Palaemonis nomine inscripta habetur, quam a Mario Victorino profectam, sed graviter depravatam et perturbatam esse dixi gramm. lat. v. VI p. XXIV. Scauri autem nomen nulla causa est cur non ad veterem et nobilem grammaticum Q. Terentium Scaurum referatur, quae fuit⁸ sententia Ritschelii opusc. philol. v. II p. 607. quamquam in incerto relinquendum est, utrum Audax ea omnia quae apud Victorinum omissa sunt ex excerptis Scauri receperit, an quaedam ab aliis auctoribus petita addiderit. atque etiam ipsum Scauri librum, quo et Diomedes et praeter hunc alii grammatici usi sunt, non puto incorruptam doctrinam veteris grammatici, cuius nomen prae se ferebat, continuisse, sed more grammaticorum mutatum fuisse. gravius vero illud est, quod multa ex his quae ex Scauri copiis a Diomede vel ab Audace et Victorino deprompta habemus ad Varronis doctrinam revocanda sunt. nam et nomen Varronis bis apud Diomedem adscriptum est, p. 426, 21 de officiis grammaticae et 439, 16 de latinitate, et alia satis certis indiciis ei vindicantur.

Palladii nomine, quod Audax in inscriptione libri post Scaurum posuit, is liber, quem grammatici vulgo Probi nomine usurpaverunt, nos Priscianum et Pompeium secuti instituta artium appellavimus, significari videtur. ex hoc enim disputationes de tribus partibus orationis, coniunctione, praepositione, interiectione collectae sunt. sed in his quoque disputationibus quaedam inveniuntur, quae in codicibus eius libri non leguntur.

AUDACIS

DE SCAURI ET PALLADII LIBRIS EXCERPTA PER INTERROGATIONEM ET RESPONSIONEM

DE NOMINE ARTIS

p. 1 ed. Hal.

187,2 Ars quid est? Rei cuiusque scientia ad utilitatem delectationemque 5
tendentis usu vel ratione comprehensa. artem autem dixere veteres, quod
arte strictimque omnis rei argumenta contineat. hanc Graeci, quod
industriæ virtute bona possideret, areten dixerunt.

187,2 Artium genera quot sunt? Tria. Quae? Sunt quaedam animi tantum,
quaedam corporis, quaedam animi et corporis: animi tantum, ut poetica, 10
musica, astrologia, grammatica, rhetorica, iuris scientia, philosophia;
corporis, iaculatio, saltus, velocitas, oneris gestamen; animi autem et
corporis, ruris cultus, palaestra, medicina, mechanica, tectonica. Quae
sunt ex his, quas veteres aliis nominibus discreverunt? *Kakotexnía*,
ψευδοτεχνία, *ματαιοτεχνία*. *Kakotexnía* quae est? Oratoria. Quare 15
κακοτεχνία? Siquidem malitiosa ars est et in id quod persuadere quaerit
intenta plerumque ad pervertendam nititur veritatem. *Ψευδοτεχνία* item

B codex Bernensis 336

M codex Monacensis 6434, olim Frisingensis 234

V Victorini libri de arte grammatica et de metris et hexametro editi gramm.
lat. v. VI p. 187 sqq., e quibus in priore parte libri ea quae ad emendandam
scripturam codicum *BM* pertinent adnotata sunt. numeri paginarum et versuum
in marginibus adscripti sunt.

1 INCIPIT AUDACIS DE SCAURI ET PALLADII LIBRIS EXCERPTA PER
INTERROGATIONEM ET RESPONSIONEM SCRIPT DE NOMINE ARTIS
INTERPRETATIO Ars *B* INCIPIT AUDACIS DE SCAURI ET PALLADII
LIBRIS EXCERPTA ET PER INTERROGATIONEM RESPONSA DE NOMINE
ARTIS INTgat Ars *M* 5 Ars] similis artis definitio Scauro tribuitur in
Sergii explanationibus in Don. p. 486, 9, Scaurus vero hinc coepit, 'ars est
cuiusque rei scientia usu vel traditione suscepta': cf. *Diom. p. 421, 9 Mar.*
Victor. p. 3, 7 Pompei. p. 95, 4 dilectationemque *M* declinationemque *B*
7 strictumque *B* 8 possideret aretē *B* possidere areten *M* 9 sunt enim
quendam *M* 10 animi tantum ut poetica — 12 ruris cultus *om. M, add. B*
13 moecanitia tectonica *B* mecanitia tectonicam *M* 14 discreuerunt (decreuerunt
B) *R. Cacotegnia Int.* Qua re cacotegnia *R.* Siquidem *BM*: supplementa praeiuit
V 17 nititur] nidiatur *M* pseudotegma item *M* pseudotegnia iam *B*

p. 2 H.

quae est? Quae animos hominum sensusque quadam specie veritatis | includit, veluti est pictorum *et* praestigiatorum. Quae est *ματαιοτεχνία*? Quae difficiles quidem res, non *tamen* usu necessarias facit, veluti sunt sphaeropaectae, funambuli ceteraque huius modi.

DE GRAMMATICA

5

Grammatica quid est? Scientia interpretandi poetas atque historicos ^{188,1} et recte scribendi loquendique ratio, ἀπὸ τῶν γραμμάτων, id est a litteris, cui nomen latinum a quibusdam litteratura vel litteralitas datum est. Vnde incipere debet grammatica? Quidam [grammatica] a voce ¹⁰ coeperunt, alii a litteris, alii a syllabis, alii a casibus, nos a definitione. Qui tamen coeperunt melius? Vtique qui a definitione vel a litteris. nam vox naturalis est et sine grammatica communis cum imperitis. illi autem qui a litteris coeperunt hac videlicet usi sunt ratione, quod grammaticae artis initia a voce oriantur, quae elementis constat. Elementum quid est? ¹⁵ Vnius cuiusque rei initium, a quo sumitur incrementum et in quod resolvitur. vox igitur, ut diximus, litteris nititur, litterae syllabis clauduntur, syllabae in dictionem conveniunt, dictio orationem auget, oratio

1 quadam] quaedam *B* quodam *M* 2 veluti est pictorum et praestigiatorum genus *V* et om. *B M* mattotignia *B* mateodegnia *M* 3 quidem] quaedam *M* non tamen usui necessarias *V* tamen om. *B M* 4 sperespecte *B* sperpecte *M* ceterique *V* modi] mundi *M* 6 Grammaticem *B*

7 recte scribendi loquendi *M* recte (loquendi *add. in marg. manu recentē*) scribendique *B* apoto grammatonē id est ad litteris *B* apostorāmaton id est a litteris *M* 8 a quibusdam litteraturae vel litteralitate datum est *B* a quibus littera vel turas litteralitas (om. datum est) *M*. litteraturam vel litterationem grammaticam artem dictam esse Varrone auctore tradunt Marius Victorinus p. 4, 4 Augustinus de ord. II 12, 35 sqq. Isidorus I 3, 1 : cf. Diom. p. 421, 10 Wilmanns de Varron. libr. gramm. p. 99. 208 9 quidam etiam a voce coeperunt *V*, quidam grammatici a voce coeperunt scripsi olim 10 alii a casibus *B V* vel a casibus *M* nos a diffinitione (a diffinitionem *B*) vel a litteris nam vox *B M* : supplevi ex *V* 12 sine grammatico *M* cummunis cum imperitis *B* communis cum peritis *M* communis etiam cum imperitis *V* : fortasse communis etiam imperitis 13 qui a litteris] qua litteris *B* hac] hoc *M* 14 a ante voce om. *M*, *add. B* elementum] definitio elementi, quae saepe non nominato auctore usi sunt grammatici, Marius Victorinus p. 4, 26, Sergius expl. in Don. p. 487, 15, Dositheus p. 12, Probus inst. p. 48, 33, Scauro, ut videtur, tribuitur a Diomede p. 421, 16, Scaurus sic eam definit, littera est vocis eius quae scribi potest forma. elementum est minima vis et indivisibilis materia vocis articulatae vel unius cuiusque rei initium, a quo sumitur incrementum et in quod resolvitur, et in explanationibus in Donatum p. 535, 5, unde Scaurus 'initium, a quo sumitur incrementum'. Audacis excerpta, elementum — in quod resolvitur, ex Vaticano codice edidit Maius class. auct. v. VI p. 553, ex Bernensi Hagenus anecd. Helv. p. XXXV 15 cuiusque] cuius *M* sumitur incrementum et in quo soluitur incrementum igitur *M* sumitur incrementum igitur *B* 16 nittitur *B* 17 dictio] dictio uero *M*

partibus divisa in virtutes vitiaque descendit . vitia reprehenduntur soloecismo, barbarismo et his quas Graeci κακίας λόγον appellant . virtutes vero digeruntur in tropos, schemata, metaplasmos et his similia. |

188,6

Grammaticae officia quot sunt? Quattuor, id est lectio, enarratio, emendatio, iudicium . Lectio quid est? Secundum accentus et sensuum necessitatem propria enuntiatio . Enarratio quid est? Secundum poetae voluntatem unius cuiusque descriptionis explanatio . Emendatio quid est? Errorum apud poetas et figmentorum reprehensio . Iudicium quid est? Bene dictorum comprobatio.

DE LECTIONE

10

188,13

Partes lectionis quot sunt? Quattuor, id est accentus, discretio, pronuntiatio, modulatio. Accentus quid est? Unius cuiusque syllabae in sono pronuntiandi qualitas. Discretio quid est? Confusarum significationum perplana significatio . Pronuntiatio quid est? Scriptorum secundum personas accommodata distinctione similitudo, ut puta cum aut senis temperamentum aut iuvenis protervitas aut feminae infirmitas aut qualitas cuiusque personae distinguenda est et mores cuiusque habitus exprimendi . Modulatio quid est? Continuati sermonis in iucundiores dicendi rationem artificialis flexus in delectabilem auditus formam conversus asperitatis vitandae gratia.

DE LATINITATE

20

189,1

Latinitas quid est? Observatio incorrupte loquendi secundum Romanam linguam . Quot modis constat latinitas? Tribus . Quibus? Ratione,

2 barbarismo *om. M, add. B* greci cacias locu appellant *M* greci logu appellant *B* 3 similia DE LECTIONE INT. Grammaticae (Grammatici *M*) officia *BM*. inscriptionem de lectione ab hoc loco alienam in suum locum restitui 4 Grammaticae officia] *Diom. p. 426,12* grammaticae officia, ut adserit Varro, constant in partibus quattuor, lectione, enarratione, emendatione, iudicio 5 sensum *M* 6 propria enuntiatio *M* propriatio *B* propria pronuntiatio *V* poetae] poemate *M* 7 discriptionis *M* disscriptionis *B* 10 DE LECTIONE hoc loco *om. BM* 11 partes lectionis *V* partes lectionum *M* partes declinationum *B* 12 in sono pronuntiandi *V* pronuntiandi in sono *M*: in sono *om. B* 15 accomodata *B* adcomodata *M*. accommodata distinctio similitudine coniecit *Thurot revue critique a. 1877 p. 307 coll. schol. Dion. Thrac. p. 744 ὑπόκειναι ἐστιν ἀποδόξουσα (μυθεῖς) τοῖς ὑποκειμένοις προσώποις ἐν τε λόγῳ καὶ σχήματι. cf. Diom. p. 436,19* 16 cuiusque personae *Diomedes*, cuiusque cuiusque personae *B* cuiuscumque personae *M* unius cuiusque personae *V* 18 sermones *B* 19 gratias *hl'* IN distinctio quid est 324,13—17 suspendit. DE LATINITATE Int. latinitas quid est *M* interpositis hoc loco iis quae infra de distinctione scripta sunt 21 Latinitas] *Diom. p. 439,14* latinitas est incorrupte loquendi observatio secundum Romanam linguam. constat autem, ut adserit Varro, his quattuor, natura, analogia, consuetudine, auctoritate quid est *om. B, add. M* incorrupta eloquendi secundum romanum linguam *B* 22 linguam *om. M*

p. 3. 4 H.

auctoritate, consuetudine. Ratione quatenus? Secundum artium traditores. Quid auctoritate? Veterum scilicet lectionum. Quid consuetudine? Eorum quae e medio loquendi usu placita adsumptaque sunt.

DE VOCE

- 5 Vox quid est? Aër ictus auditu sensibilis. Vocis species quot sunt? 189,8
Duae. Quae sunt? Articulata et confusa. Articulata quae est? Hominum tantum modo. Vnde articulata dicta est? Quod articulo scribentis comprehendere possit. Quae est confusa? Quae scribi non potest, ut puta velut ovium balatus, equi hinnitus, mugitus bovis | . Praeter has nullae
10 aliae voces sunt? Sonos quoque omnes voces dicimus, ut 'fractasque ad litora voces'. Vox corporalis est, an incorporealis? Secundum stoicos corporalis, qui eam sic definiunt, ut nos in principio respondimus. Plato autem non esse vocem corpus putat: 'non enim percussus', inquit, 'aër, sed plaga ipsa atque percussio, id est vox'. Democritus vero ac
15 deinde Epicurus ex indivisis corporibus vocem constare dicunt, corpus autem esse aut efficiens aut patiens.

2 veterum scilicet lectionum V veterum (ceterum M) scilicet actionum MB eorumque; in medio BM eorum verborum quae e medio V. nam ea e medio loquendi usu placita adsumere consuevit Diomedes, ubi quae e codice Victorini adscripsi ex Audacis libro Bernensi petita erant 5 Vox] cf. Diom. p. 420,9 Wilmanns de Varr. libr. gramm. p. 81. Audacis excerpta ex Vaticano codice edidit Maius class. auct. v. VI p. 589, Audacis de Scauri (denscausi cod.) et Palladii libris excerpta (inscripta cod.). Vox est aer ictus auditu (auditui cod.) sensibilis. vocis autem duae sunt partes, articulata et confusa. articulata est hominum tantum, quae scribi potest, id est 'orator venit et docuit', et dicta articulata, quod articulo [sic] scribentis comprehendere possit. confusa est quae scribi non potest, ut puta velut ovium balatus, equi hinnitus, mugitus bovis, latratus canis et cetera. sed articulata vox, quamquam sit prolixa * oratio solvitur et facit sermonem. iterum sermonem solvis et facit syllabam. si vero syllabam solvas, remanet littera, et iam non procedit ultra (ultro cod.) resolutio. sonos quoque omnes voces dicimus, ut 'fractasque a litore voces'. secundum physicos autem vox corporalis est, qui eam sic definiunt, ut nos in principio respondimus. Plato autem non esse vocem corpus putat: 'non enim percussus', inquit, 'aer, sed plaga ipsa atque percussio, id est vox' * ex individuis corporibus vocem constare dicunt, corpus autem esse aut efficiens aut patiens aditu M sunt post quot om. B, add. M 6 Duae. Quae sunt V Duae sunt BM articulas et confusas. Int. Articula quae est M 7 est post dicta om. BM, add. V articulos scribentis B 9 mugitus bovis praeter has nullae aliae voces sunt sonos (sonus M) quoque sine interrogatione et responsione BM 10 fractasque B fractasque M: Verg. Aen. III 556 11 Vox corporalis — 16 patiens, quae omissa sunt apud Victorinum, leguntur apud Gellium noct. att. V 15 secundum istoicos B 13 non esse] non est M 15 ex individuis corporibus vocem constare dicunt Gellius indeivis M constare] consonare BM autem esse B autem est M et Gellius

DE DEFINITIONE

188,28 Definitio quid est? Oratio quae id de quo quaeritur aperte describit et determinat, ut puta veluti si quaeras a me, quid sit homo, respondebo 'animal mortale rationale risus capax'.

191,24 Sententia quid est? Dictio generalis ad vitae rationem in commune 5 pertinens, ut puta veluti 'ne quid nimis'.

DE ORATIONE

192,1 Oratio quid est? Sermo contextus ad clausulam tendens per argumenta narrationis. Vnde dicta oratio? Quasi oris ratio, cui accidit clausula. Clausula quid est? Compositio verborum plausibili structura ad 10 exitum terminata.

DE DISTINCTIONE

192,7 Distinctio quid est? Adposito puncto nota finiti sensus vel pendentis mora. Quot locis ponitur distinctio? Tribus. Quibus? Summo, cum sensum terminat, et vocatur finalis nota, a Graecis telia; medio, cum 15 respirandi spatium legenti dat, et dicitur mese; imo, cum lectionis interruptum tenorem aliud adhuc inlatura suspendit, et vocatur a Graecis hypostigme, a nostris subdistinctio. |

DE LITTERIS

194,9 Littera quid est? Vniformis figura, qua cum aliis [partibus] adnexa 20

2 Definitio — 4 risus capax *Julianus de nomine p. 62 ed. Rom., gramm. lat. v. V p. 317, 21 unde Audax definitio quid est sqq.*

2 quae de id de quo *M* describit *M* disscribit *B* 4 risu *B* 5 dictio] distinctio *B* 6 ut puta *om. B, add. M* 8 Oratio] *Diom. p. 300, 19* Scaurus sic, oratio est ore missa et per dictiones ordinata pronuntiatio *sqq.* per argumenta narrationis, quae desunt apud Victorinum et Diomedem, delevit *Thurot l. c. p. 307* 9 Int. unde dicta oratio. R. oratio quasi *M* 10 plausibilis strictura (stricturam *M*) ad exitum terminata *BM* plausibilis structurae exitu terminata *V et Diomedes* 12 DE DISTINCTIONE Int. littera quid est R. uniformis figura *M* omissis hoc loco iis quae supra 322, 19 in alienum locum transposita erant 13 appposito puncto nota finiti sensus vel pendentis mora *V et Diomedes p. 437, 14*, adposita puncto nota finitio sensus uel pendentis mora *B* adposita puncto nota finiti seruus uel pendentis mora *M* 14 Quot locis] modis locis *M* quibus] qualibus *M* 15 et uocatur finalis nota *B* et uocati nota *M* et vocatur finalis a nobis *V et Diomedes p. 437, 16* telia] celia *M* 16 legenti] legendi *M* interruptum tenorem *Diomedes*, interrupto tenore *M* interruptio tenore *B* 17 aliud] alium *M* et uocatur a graecis hypostigme ansis subdistinctio *B, om. M* 19 DE LITTERIS *om. M: cf. supra 12* 20 uniformis (qui formis *B*) figura quae cum aliis partibus adnexa uoce mensa (mirra *M*) comprehenditur *BM* figuratio quaedam, qua cum aliis adnexa vox emissa comprehenditur *V*

p. 5 H.

vox emissa comprehenditur . Qui primi litterarum inventores fuisse traduntur? Phoenices, quamvis alii Assyrios, alii Mercurium apud Aegyptios asserunt . in Graeciam certe Cadmum e Phoenice sedecim adtulisse constat. Quas? $\alpha \beta \gamma \delta \epsilon \iota \kappa \lambda \mu \nu \omicron \pi \rho \sigma \tau \upsilon$, hisque Troiano bello Palamedem addidisse quattuor, $\eta \psi \chi \varphi$, post eum Simonidem melicum alias quattuor, $\xi \xi \omega \theta$. hae auctore, ut quidam volunt, Euandro, ut alii, Hercule in Italiam a Pelasgis adlatae . Quot res accidunt uni cuique litterae? Tres . Quae? Nomen, figura, potestas. Nomen litterae quid est? Quo appellatur, ut a . A quo genere ecfertur? Neutro, siquidem et omnes litterae, veluti cum dicimus deesse unum a vel unum b. Figura litterae quae est? Qua notatur . Potestas quae? Qua in ratione metrica valet, cum aut producta est aut correpta . et nomen quidem voce proferimus, figuram oculis deprehendimus, potestatem mente cognoscimus.

Litterarum species quot sunt? Duae . Quae? Vocales et consonantes . 195,1
15 sunt enim vocales quae per se preferuntur et per se syllabam faciunt. Quid est per se? Sine alterius adminiculo. Et quae sunt quae sine aliis non enuntiantur? B namque et c ceteraeque huius modi, nisi consonent, proferri nequeunt. Vocales quot sunt? Quinque . Quae sunt? A e i o u. Quae earum corripuntur, quae producuntur? Hae omnes apud nos et 20 corripuntur et producuntur. Quid apud Graecos? Non ita est apud eos . septem enim litterarum vocalium haec est divisio: η et ω longae sunt, ϵ et $\omicron$ breves sunt, $\alpha \iota \upsilon$ dichronae nominantur . propterea autem latina lingua suas quinque | et corripit et producit, ut, quia numero vocalium

22 propterea] *Iulianus de littera p. 8 ed. Rom.* unde, quia et nos illis in numero litterarum vocalium non coaequamur, saltem ut in temporibus coaequemur, ipsae quinque, quas habemus, ubi necesse est, sunt longae et, ubi necesse est, sunt breves

1 primi V primum BM 3 in om. M, add. B certae cadmum ephenicae M certe adnunc phenice B 4 A B Γ A C I Ξ M N Z Π K O Φ T Ω hisque troiano bello palamedem addidisq; quattuor H Y X P post eum simonide militem alias quattuor Ψ E A E he auctore B A B Γ A C I Ξ H N Z Π R O Φ T Ω hisque troiano bello palamedem addisse quattuor N Y X P postea suimonidem militem alias quattuor Y E A E haec auctore M . eandem scripturam secutus sum, quam in Victorini libro p. 194,14 restitui, quamquam errores librorum grammatico tribuendi esse videntur 8 quid] quod BM 9 quod appellatur M ut a A quo genere effertur V ut a. Int. Quo genere hoc fertur M ut a. Int. Quo genere hoc refertur B Neutro, ut quidem omnes litterae sunt V: fortasse neutro sic quidem, ut omnes litterae 12 uocem profferimus M 14 Quae post Duae om. M, add. B 15 sunt enim qui per se proferunt M 17 ceteraeque excerpta Bobiensia Victorini, ceteraque BM nisi consonet proferri B nisi consonent proferre M 19 Quae earum corripuntur — 326,1 temporibus exaequetur in libro Victorini omissa, ex eodem fonte relata sunt apud Marium Victorinum p. 31,17 19 haec omnes B 20 fortasse non ita est . apud eos enim septem litterarum 23 et corripit et producit et quia numero uocabilibus B et quae ducit et quae numero uocalibus M

p. 6 H.

exaequari non potuit, temporibus exaequetur. Quae vocalium loco consonantium ponuntur? I et u. Quando? Cum aut ipsae inter se geminantur aut cum aliis vocalibus iunguntur, ut puta veluti *si* sit in capite versus 'periurus' aut 'volvitur': quippe non poterit prima syllaba positione longa fieri, nisi sequens vocalis loco consonantis fuerit accepta, quod quidem suo loco docebimus. Consonantium species quot sunt? Duae. Quae? Semivocales et mutae. Semivocales quae sunt? Quae quidem habent in principio partem vocalitatis, cum per se proferuntur, tamen per se syllabam facere non possunt. Quot sunt? Septem, f l m n r s x. Quae harum liquidae sunt, quas Graeci *ὑγράς* appellant? L m n r. Liquidae unde dictae? Quod minus virium habeant et in pronuntiatione liquescant atque solvantur, ita ut positione longam syllabam facere non possint. Quae semivocalium duplex est? X. Quare duplex? Ideo quod ex duabus litteris constat: constat enim aut ex g et s aut ex c et s, ut rex regis, pix picis. quippe ante inventam x litteram, quae postea in compendium inventa est, rex per g et s itemque pix per c et s litteras veteres scribebant. Quae sunt mutae? Quae neque ipsae per se proferri possunt neque syllabam facere. Quot sunt? VIII, id est b c d g h k p q t. Quae sunt ex his supervacuae? K et q. Quare dicuntur supervacuae? Eo quod c littera harum locum possit explere. verum has quoque necessarias orthographiae ratio efficit. nam quotiens a sequitur, per k scribendum est, ut kano kalendae kaput; quotiens u, per q, ut quoniam Quirites; quotiens reliquae vocales, per c, ut certus civis commodus. Quid de h respondebimus? Quod aspirationis nota, non littera existimatur, sed tamen in metro aliquotiens et littera deprehenditur. Quae sunt litterae peregrinae? Y et z. Quare peregrinae?

25 Y et z] *Iulianus de littera p. 10 ed. Rom.* Y et z remanent, quas litteras propter graeca nomina admisimus. Pro qualibus nominibus? Propter hymnus et zephyrus. quae si adsumptae non fuissent, sepherus et diepherus dicere debuimus. quarum y inter vocales habemus, z vero inter consonantes, et est duplex, ut Mezentius, quia si z non fuisset, per c et s (l. d et s) scribi debebatur

2 aut priore loco om. M 3 si om. BM, add. V 4 prima] una M 6 suo loco] p. 328,3 de syllabis positione longis quot sunt M quot sunt, ut videtur, sed corr. al. m. quod est B 7 parte M 8 cum pro se proferuntur B 9 Quae harum liquidae — 12 facere non possint in libro Victorini omitta leguntur apud Atilium Fortunatianum p. 279,10 R. quas graeci itrac appellant l m n r BM 11 liquescant M 12 possunt M 13 ex duabus litteris constat aut ex g et s aut ex c et s ut rex regis pix picis (piscis M) constat enim quippe ante x litteram quae post incendium inuenta est BM 15 rex per g et s itemque pix per c et s litteras veteres scribebant V rex per ig et s litteras veteres scribebant B rex per g et s veteres scribebat M 18 supraeacuae utroque loco M 19 c litterarum locum BM 21 nam] non M per k scribendum est ut cano (corr. kano) kanendae kaput quoties i per q ut qui quirites B per ka scribendum est ut kano kalende capud quotiens u per q ut quando quirides M 23 civis] cuius M 24 existimatur] extima M 25 s et z M

p. 7 H.

Siquidem a nobis propter graeca nomina | adsumptae sunt, ut puta ut hymnus et zephyrus. quae si adsumptae non essent, hymnus et diefirus diceremus. quarum y inter vocales habemus, z vero inter mutas, et est duplex. Quo modo duplex? Quia loco duarum consonantium apud nos
 5 fungitur. nec aliter constare metri ratio potest illo versu, ubi est Mezentius, siquidem me brevis syllaba est, verum excipitur a duplici littera z, quae si adsumpta non esset, per s et d Mesdentius scriberetur.

Quot litteris extremitates latinorum nominum finiuntur? Tredecim, 196,12 id est vocalibus quinque, semivocalibus sex, mutis duabus. Quare semivocalibus sex, cum septem sint? Quia nullum nomen latinum in f litteram exit. Quae ergo sunt? A e i o u l m n r s x c t. harum exempla, tabula monile frugi ratio genu mel scamnum flumen arbor flos nox allec caput.

DE SYLLABIS

- 15 Syllaba quid est? Littera vocalis vel litterarum coitus per aliquam 196,19 vocalem comprehensus. Syllaba unde dicta? Ἀπὸ τῆς συλλήψεως. est enim syllaba σύλληψις quaedam litterarum, id est conceptio et quasi adsumptio. Qualitas syllabarum in quot species dividitur? In duas: aut enim breves sunt aut longae. Breves quae res efficit? Correpta vocalis.
 20 Quid longas? Producta vocalis. In brevi syllaba tempora quot sunt? Vnum. Quot in longa? Duo. Longae syllabae quot modis comprehenduntur? Duobus. Quibus? Natura aut positione. Natura quot

1 siquidem nobis M adsumpta sunt ut puta ut ymnus et zephyrus Int. quae si non adsumpte fuerint ymnus et diefirum diceremus M adsumpta sunt puta ut hymnus ut zephyrus. Int. quae si adsumpte non esset (corr. essent) hymnus et die. phyrus diceremus B. diephirus, pro quo sdepherus scriptum est apud Victorinum, tribuendum videtur grammatico, qui di litteris per sibilum prolatis sonum z litterae exprimi voluit, quamquam postea in v. Mezentius, ut naturam duplicis litterae ostenderet, idem duabus consonantibus sd usus est. cf. commentum Einsidlense in Don. anecd. Helvet. ed. Hagen p. 225 z pro duobus s vel pro sd ponitur, quae ante eius assumptionem ita scribebantur, ut massa dicebant pro maza et Messentius vel Medentius (l. Mesdentius) aut Medientius pro Mezentius. 3 y] i M et est] ut est BM 4 quia loca B quae loco M consonantium om. BM, add. V 5 metri oratio potest illo uersu ubi est mezentius B metra ratio potest illo uerso ubi mezzentius M: cf. Verg. Aen. XI 7 Mezenti ducis exuvias 6 a duplici littera quae B a duplici littera qua M 7 per s et d mesdentium B per d et s mesdendius M 8 tredecim uocalibus quinque semivocalibus sex cum septem sint B tredecim id est uocalibus sex cum septem sint M. supplementa prae-buit V 11 t] d M 12 exemplum BM munile M 16 apo sillē reos est enim syllaba sillempsis quaedam B apoto sillūm seos est enim sillaba sillensis quedam M 21 Quod in longa] quid in longa B 22 deprehenduntur V natura aut positione M natura et positione B

p. 8 H.

modis? Quinque. | Quibus? Aut cum una vocalis producitur, ut 'o dea', aut geminata, ut Eurialus, aut incipiens, ut en, aut terminata, ut ne, aut in medio posita, ut non. Positione longae quod modis fiunt? Decem. Quibus? Aut cum correpta vocalis desinit in duas consonantes, ut ars; aut cum desinit in unam consonantem et excipitur ab altera, ut arma; aut cum excipitur a duabus consonantibus, ut agri; aut cum desinit in x litteram duplicem, ut nox; aut cum excipitur a duplici, ut Mezentius; aut cum desinit in consonantem et excipitur a vocalibus u vel i, ut arva, 'at Iuno'; aut cum correpta vocalis desinit in vocalem i loco consonantis positam et excipitur aequae a vocali i loco consonantis posita, ut 'maior agit deus' et 'Troiaque nunc stares' (sic enim ista scribi per geminam i litteram metri ratio deposcit); aut cum correpta vocalis in medio versu seu sola seu consonanti adiuncta syllabam facit, quae partem orationis impleat, ut 'o virgo nova mi facies' et

ipse ubi tempus erit omnes in fonte lavabo

15

et

et direpta domus et parvi casus Iuli;

aut cum correpta vocalis excipitur a littera q, quam necesse est ut con-

18 aut cum correpta — 329,3 vaporem Beda de arte metrica p. 235, 15

1 Quibus aut cum una uocalis producitur ut O D E A geminata ut ae neurialus aut incipiens B Quibus R. cum una uocali producitur ut o. de. a. aut geminata ut ae Eurialus aut incipiens M. Vergilii exemplum 'o dea' (Aen. I 372) de eadem re positum est in [Probi] libro de ultimis syllabis p. 219, 23. itaque corrigenda sunt quae apud Victorinum p. 197, 7 edidi, quibus? Aut cum una vocalis producitur, ex qua dictio constat, ut o et a, aut geminata, ut ae au eu, aut incipiens 4 aut cum correpta MV cum aut correpta B 5 et excipitur ab altera — 8 aut cum desinit in consonantem om. M, add. B. 7 aut cum excipitur a duplici, ut axis, aut in z, quae apud Graecos duplex est, ut Mezentius V: cf. Mar. Victor. p. 30, 1 Charis. p. 12, 20 8 u uel i ait arua at inno B u uel i ut arua aut in uno M u uel i, ut at Venus at Iuno Diomedes p. 428, 9 9 i post vocalem om. BM 10 et excipitur aequae a vocali] et excipitur aequae uocali codex Victorini p. 197, 17, excipiturque a uocali B excipitur a uocali M maior BM: Verg. Aen. XII 429 11 troiaque nunc stares M troia quae nunc ista res B: Verg. Aen. II 56 per geminam litteram M 12 aut cum correpta vocalis in medio — p. 329,10 in metris obseruanda sunt apud Victorinum omissa et alii syllabarum longarum modi substituti sunt 13 seu ante sola om. B, add. M 14 o virgo] Verg. Aen. VI 104 15 ipse] Verg. bucol. 3, 97 om̄s fontes in fonte lauabo et direpta B om̄. in fronde lauabo et direpta M 17 et direpta] Verg. Aen. II 563 Iuli] tui B 18 cum om. BM a littera q] a littera a BM

p. 9 H.

sequatur littera u, | quae cum altera vocali iuncta loco consonantis accipitur,
ut apud Lucretium

quae calidum faciunt aquae tactum atque vaporem;
aut cum concurrentibus inter se vocalibus duae syllabae in unam quasi
5 per diphthongon contrahuntur, ut 'cui non dictus Hylas puer' et item

Tityre pascentes a flumine reice capellas.

hoc enim loco 'cui' et 'rei' ita efferuntur, veluti si singulae syllabae
sint, cum tamen duas esse constat; maximeque et aliis versibus, ut in
georgicis, et 'cui turpe caput' et item

10 reice ne maculis infuscet vellera pullis.
quae omnia in metris observanda sunt.

DE ACCENTIBVS

Accentus qui sunt? Accentus, qui graece prosodiae dicuntur, hi 192,15
sunt, acutus, gravis, circumflexus. in omni parte orationis latinae aut
15 graecae aut acutum aut circumflexum accentum poni necesse est, nec
amplius quam unum, vel hunc vel illum: nam gravis ponitur in pluribus.
acutus cum apud Graecos tria loca teneat, ultimam et paenultimam et ei
proximam syllabam, apud nos duobus tantum locis poni potest. Quibus?
Aut in paenultima, ut praelegistis, aut in ea quae a fine sit tertia, ut
20 praelégimus. circumflexus, si pars orationis trium aut amplius fuerit
syllabarum, non nisi paenultimum locum poterit invenire, ut turbâre, per-
domâre. monosyllabae, quaecumque positione longae fuerint, acutum

1 littera u que M littera y quae B iuncta] innuta M 2 apud lucretium B:
Lucret. VI 868, ubi laticis pro aquae in Lucretii codicibus scriptum est, aquae
scripsit Lachmannus in Lucret. VI 552 testimonio usus Bedae de art. metr. p. 253,
17, qui Audacem secutus erat. ipsa Audacis verba olim a Sinnero catal. cod.
mss. bibl. Bern. v. I p. 623 e codice Bernensi edita ad eundem versum adhibuerunt
Bergkii Zeitschr. f. Alterthumsw. a. 1851 p. 218 et Ritscheli opusc. philol. v. II
p. 606 3 aquae B aque M 4 cum om. B, add. M 5 ut cui non dictus ilas
puer et item M et cui non dictu silas et item B: Verg. georg. III 6 6
Tityre] Verg. buc. 3,6 7 veluti singulae sillabae sint B ueluti singuli sint M

8 maximaeque M. fortasse et aliis versibus maximeque in georgicis, ut cui
turpe caput, nisi potius alia georgicorum exempla, in quibus cui scriptum est,
ante et cui exciderunt 9 et cui turpae caput M: Verg. georg. III 52 et
item renice ne M et item et rei cene B: Verg. georg. III 389 12 DE
ACCENTIBVS] et haec et quae in fine libri in recapitulatione de accentibus
scripta sunt omisso auctoris nomine leguntur in duobus codicibus, Monacensi
6399 olim Frisingensi 199 et Leidensi Voss. Q. 116. e quibus scriptura codicis
Frisingensis (F) una cum lectionibus codicum B et M integra exhibita est. ex
Leidensi codice utrumque commentarium edidit L. Muellerus mus. Rhen. v.
XVIII (a. 1863) p. 169 sqq. 13 Accentus quid ÷ F praesidia M pro-
solidiae F 14 acutis grauibz M aut ante graecae om. F 17 acutus
— teneat] apud graecos acutus tria loca tenet F ultima et (uel B) penultima
et in proximam sillabam (latine add. F) duobus BMF 19 aut] ut utroque
loco M praelegistis] notas accentuum et in hoc et in reliquis vocabulis in libris
omissas addidi sit F sunt BM 21 poterit] potuerit B prodomare F
22 quaecumque] quae cum B acutum ha accentum habebunt M

p. 10 H.

habebunt accentum, ut pīx, nīx, fāx . quaecumque natura longae fuerint, circumflexo accentu pronuntiabuntur, ut dōs, spēs, rēs. In dissyllabis | quid? Si prior natura longa fuerit posteriore correpta, prior circumflectetur, ut hōra, Rōma . Quid si *posterior producta sit*? Prior, seu longa seu brevis fuerit, acuatur necesse est, ut lēges, sālus . si ambae breves sunt, 5 acuatur prima, ut dēus, hōmo . Quid in trissyllabis et tetrasyllabis aut quae plures habebunt syllabas? Si paenultima brevis fuerit, quae eam praecedit acuatur, ut Tūllius, Hortēsius . Quid deinde, si paenultima *positione* longa fuerit? Ipsa acutum habebit accentum, praecedentem autem gravem faciet, ut Cātūllus, Mētēllus . Quid si paenultima naturaliter producta fuerit, ita ut 10 ultima brevis sit? Paenultimam circumflectemus, ut Cethēgus, Romānus . Quid si longa fuerit ultima? Paenultima acutum dabimus accentum, ut Athēnae, Fidēnae . Quid graeca nomina? Si isdem litteris proferuntur, graecos accentus habebunt. nam et cum dicimus Thyiās et Naiś, acutum habebunt posteriore accentum; et cum Themistō, Calypsō, Theanō, ultimam 15 circumflecti videmus . utrumque latinus sermo non patitur, nisi admodum raro. sola occurrit ergo coniunctio, in qua posterior circumflexa deprehenditur . item adverbium pone posteriore acutum recipit accentum, ne sit verbum.

193,21

Quae est figura acuti accentus? I obliquum in dexteram partem 20 scandens ita/. Quae est forma gravis accentus? I obliquum in dexteram partem

1 fax] pax M quaecumque] quae M 2 circumflexu accentum M dos
spes res V dos pes res BF dos res pes M Int. in dissyllabis quod si prior
natura longa fuerit R. posteriora correpta prior circumflectitur ut ora roma
Int. quid si prior brevis fuerit acuatur necesse ut agies alies si ambe
braeue sunt acuatur prima ut deus homo Int. quid int trissyllabis et tetra-
syllabis atque plures habebunt syllabas R. si penultima brevis fuerit que
eam praecedit acuatur ut tullius hortentius M Int. in dissyllabis quid si
prio longa erit. R. posteriore correpta prior circumflectetur ut ora roma quid
si prior brevis fuerit. R. posterior seu longa seu brevis fuerit acuatur necesse
est ALES AGER et si ambae breue sunt acuatur prima ut deus homo . Int.
quid in trib; syllabis et tetrasyllabis aut quae plures syllabas habebunt si
penultima brevis fuerit quae eam acuatur ut tullius ortentius et anima F Int. in
dissyllabis quid si prior natura longa erit R. posteriora correpta prior circum-
flectetur ut roma Int. quid si prior brevis fuerit R. prior seu longa seu brevis
fuerit quae ea praecedit acuatur ut tullius hortensius B. *supplementa praebuit V*
8 *positione om. BMF, add. V* 9 ipsa autem accutum B autem] aut F
faciet B facit M faciat F 10 Catullus] catellus B 11 penultimam circum-
flectimus MF penultima circumflectimus B cetheus B 12 fuerit F erit BM
14 dicimus ethias et nais MF dicimus ethianas B 15 posteriorem BMF
calipso theano M calipso teano BF ultimam om. M 16 uidimus
utramque M patiatu M 18 poene corr. pone B posteriore Dositheus
p. 10, posterior BMF 20 Indi obliquum dexteram partem scandens ita una
littera post ita deleta B I oblicum dexteram partem scandens ita est M obliquum
dexteram partem ascendens F nota acuti accentus in omnibus omisa 21 I in
dexteram partem descendens ita .\ B in dexteram partem descendens ita est M
in dexteram partem descendens ita / F

p. 10. 11 H.

descendens ita \ . circumflexum autem transversa V littera notamus ita / ,
 brevem syllabam C sursum spectante ita ∪ , longam I aequaliter iacente ita — .
 sed in illis sonos, in his tempora cognoscimus . nam dasia et psile Graeci
 utuntur, nos eas praetermittimus, quoniam aspirationem nobis adposita
 5 littera H, quae in duas partes dividitur, repraesentat, et si adposita non
 erit . hyphen vero duo verba quasi in unum pronuntiatione colligimus, et
 formam eius sic faciunt ∪ . utriusque enim verbi proximas litteras inflexa
 subter virgula iungunt, quale est 'Turnus ut ante ∪ volans'. apostrophon
 quoque sic | notant: ad caput eius consonantis, cui vocalis subtracta est,
 10 inflexam virgulam quae ad eam spectet adponunt, ut 'tanton' me
 crimine dignum duxisti'.

DE METRO

Metrum quid est? Rei cuiusque mensura . Metrum poeticum quid est? 206,3
 Versificandi disciplina certa syllabarum ac temporum ratione in pedibus
 15 observata . Metrum unde dictum? Quod veluti mensuram quandam
 praestituat, a qua siquid plus minusve est, versus minime constabit .
 Metro quid videtur esse consimile? Rhythmus . Quid est rhythmus?
 Verborum modulata compositio, non metrica ratione, sed numero ad
 iudicium aurium examinata, ut puta veluti sunt cantica vulgarium poetarum .
 20 Rhythmus ergo in metro non potest inesse? Distat quidem a metro;
 verum tamen rhythmus per se sine metro esse potest, metrum sine

12 DE METRO *Iulianus de ratione metrorum p. 49 sqq. ed. Rom.* 17
 Rhythmus *Beda de arte metrica* 258, 24

1 ita post notamus om. B, ita et notam circumflexi accentus om. F 2
 longam I aequaliter iacente ita est M longa I aequaliter iacente — B longam
 aequaliter iacente ∪ F 3 sonus M nam dasia et psile M nam dasia et psili
 F H nam dasia et psile B 4 eas] ea BF set a M quoniam] cum M
 5 H om. F fortasse et siccitatem, si adposita non erit: cf. *Dosithe. p. 10*
 aspirationem H adscripta praestabit; si adscripta non erit, siccitatem 6 hyphen
 — 11 duxisti om. F in om. BM 8 subter V sub BM est om. M,
 add. B Turnus ut ante uolans BM: *Verg. Aen. VIII 47* 9 notat M
 cui uocabulis subtracta est inflexam uirgam quae ad eam aspectet B cuius
 uocabulis subtracta inflexam uirgulam quae ad eam uspetet M 10 tanton B
 tanto M: *Verg. Aen. X 668* 11 dixisti M 13 quod est posteriore loco BM
 16 praestituat a qua si plus B praestituit a qua s quid plus M 17 metro quid
 uideat esse simile M 18 numero] numero syllabarum *Beda*, numerosa
 scansionem scripsi apud Victorinum 20 Rhythmus ergo in metro non est? Potest
 esse . Quid ergo distat a metro? Quod rhythmus per se sine metro esse potest
 scripsi apud Victorinum distat quidem B distat ergo quidem M 21 metrum]
 metrus B

p. 11. 12 H.

rhythmo esse non potest, quod liquidius ita definitur : metrum est ratio cum modulatione, rhythmus modulatio sine ratione . *plerumque tamen casu quodam inuenies etiam rationem in rhythmō, non artificii observatione servata, sed sono et ipsa modulatione ducente.* |

Qui primum his observationibus in componendis carminibus usi sunt? 5 Phemonoe dicitur, Apollinis vates, prima per insaniam ita locuta, cuius Hesiodus meminit . Varro vero in Argonautis nymphas hexametrum fecisse sic scripsit,

tē nunc Ortygiae tendentem spicula nymphae
hortantes, o Phoebe, et 'ieie' conclamarunt. 10

multi autem versum a Lino, Apollinis antistite, excogitatum putant, qui ex Hyperboreis fuit . huius originem versus volunt quidam in Delo inventam et hunc versum deliacum vocant, alii ab Homero, unde possumus colligere versum hunc magis esse naturalem.

Metro quot accidunt? Octo, id est genus, species, diversitas, dis- 15 positio, pertinentia, mensura, caesura, depositio . Genus quid est? Cum dicitur metrum dactylicum, iambicum vel trochaicum . Quid species? Cum heroicum, comicum aut tragicum dicitur . Quid diversitas? Quotiens in prima parte versus aliud genus est, aliud in secunda, ut 'soluitur acris hiems grata vice': usque huc tetrametrum heroicum archilochium 20 est, et inseritur illi pars trochaica sive ithyphallica 'veris et favoni': nam tres hic trochaei sunt. Dispositio quid est? Vt sic hac geminatione in omnibus utaris versibus, quia sic est dispositum, vel ut in heroico quinto loco dactylo utaris. Quid pertinentia? Cum ad versum heroicum dicimus hos pedes pertinere, dactylum, spondeum vel in ultimo loco 25

1 quod liquidius ita difinitur metrum est ratio modolatione rithmus modolatione in rithmo non artificii obseruatione seruata sed sono et ipsa modolatione ducente M quid loquidius ita difinitur metrum est ratio cum modulatione rithmus ratio sine modulatione ducente B : *supplementa praebuerunt V et Beda*

3 non artifici moderatione servata Beda 5 Qui primus his B Quid primus his M usi sunt B uisi sunt M 6 Phemonoe M Pohenomine B apollonis BM 7 esiodus B esiod'o M : *Hesiodi mentio non facta est ab aliis, qui a Phemonoe inventum esse hexametrum tradiderunt in argonautis M in agronaustis B . Varronis versus a Sinnero catal. cod. mss. bibl. Bern. v. I p. 624 e codice Bernensi editos in Varronis Argonautarum fragmentis posuerunt F. Wuellnerus de P. Terent. Varr. Atac. vit. p. 20 et A. Riesius post M. Terent. Varr. sat. Menipp. rel. p. 262* 9 te nunc ortigiae tenentem specula nimphe orantes o phoebe et loliscona clamarunt B te nunc elicon a ortigie terentem specula nimphae orantes ophebae et locolicon aclamarunt M : *correxerit Wuellnerus, qui Coryciae scripsit pro Ortygiae coll. Apollon. Rhod. Argon. II 711 πολλά δὲ Κορύκναι νύμφαι, Πλειστόιο θυγάτρες, Θαρόύνεσκον ἐπεσὶν ἰήε κεληγγνίαι* 11 multi B multum M apollonis antestite BM 12 ex hiperboreis B ex iperboreus M inuentum BM 15 Metro quot accidunt — 333,23 cum pedem plus aut syllabam habet om. M, add. B . Metri quot B 19 ut solli dicitur aeris iens grata nice B : *Hor. carm. I 4,1* 20 huc] hic B

p. 13. 14 H.

trochaeum . sic et *ad* alia metrorum genera proprios pertinere dicimus pedes . Quid mensura? Cum puta dicitur versus heroicus viginti quattuor habere tempora . Quid caesura? Caesurae, quibus per scansionem versus praecidi noscuntur, quattuor sunt, id est penthemimeres, hephthemimeres, cata triton trochaeon, bucolice tome . Quae ex his quo loco ponuntur edicito . Penthemimeres fit caesura, quotiens post duos pedes syllaba remanens partem terminat orationis, ut in hoc versu est,

panditur interea domus omnipotentis Olympi.

hephthemimeres fit, si post tertium pedem similiter fiat ita,

inde toro pater Aeneas sic orsus ab *alto*.

cata triton trochaeon fit, quotiens in tertia regione talis dactylus ponitur, cui si ultimam syllabam dempseris, trochaeus, qui ex duabus reliquis constat, orationis particulam finit ita,

mors ecce non tardat et omni adlabitur hora .

tetarte bucolice fit, cum in quarto dactylo similiter accidit : huius exempla quae pax longa remiserat arma novare parabant, sinum lactis et haec *te* liba Priape quotannis .

Deposito quid est? Cum finis versus consideratur . huius species sunt quattuor, id est catalexis, acatalexis, brachycatalexis, hypercatalexis .

harum ratio talis est: *acatalexis* est, cum versus legitimo fine, id est pleno temporum numero, terminatur: *catalexis* est, cum una syllaba uni cuique metro deesse videtur: *brachycatalexis* est, cum pedem minus habet: *hypercatalexis* est, cum pedem plus aut syllabam habet.

DE PEDIBVS

Pes quid est? Compositio duarum vel trium aut etiam quattuor syllabarum secundum rationem sui cuiusque metri. Pedum genera quot sunt? Duo . Quae sunt? Aut enim simplices sunt pedes aut duplices .

24 DE PEDIBVS *Iulianus de pedibus p. 20 ed. Rom., gramm. lat. v. V p. 322*

1 sic et alia B 3 quid cessurae R. cessurae B 4 pentimemerem eptimemerem cata tritos trocheos bucolici ceptomen B 6 pentimemeris B 8 panditur] *Verg. Aen. X 1* olympis B 9 eptimerimeres *corr.* eptemimeres B 10 inde] *Verg. Aen. II 2* alto *om.* B 11 Cato tito troceus B 12 si ultima syllaba dem seris B 14 adlabitur orat et arte bucoli con fit eu in quarto B. *bucolicen tomen, quae supra dicta est, cum caesura κατὰ τέταρτον τετραρτον ita confudit grammaticus, ut hanc tetarten bucolicen diceret* 15 exemplo B 16 quae pax] *Terent. Maur. 1701. eodem exemplo usi sunt Marius Victorinus p. 65, 25 et Diomedes p. 498, 6* arma bona reparabunt B 17 sinum] *Verg. bucol. 7, 33* te *om.* B quotannis] coannis B 19 id est catelexis peracatalexis brachycatalexis percatalexis horum ratio talis est cum uersus legitimo finem B 21 terminatur ad catalexis est B 22 cum pede terminus habet B 27 sunt post quae *om.* B, *add. M*

Simplicium species quot sunt? Duae. Quae sunt? Disyllabi et trisyllabi. Disyllabi quot sunt? Quattuor. Qui sunt? Spondeus, qui constat ex duabus longis, ut heros. Spondeus unde dictus? Ἀπὸ τῶν σπονδῶν, quod spondiacus cantus sacris convenit, unde fertur Phemonoe, Delphica sacerdos, prima in sacris Apollinis hunc versum dixisse,

σπένδωμεν Μούσαις καὶ τῷ μουσάρχῳ Φοίβῳ.

huic contrarius est pyrrichius sive dibrachys, qui constat ex duabus brevibus: exemplum, ut Cato. Pyrrichius unde nominatus? A Pyrro, Achillis filio, qui Eurypylo, Telephi filio, interfecto [ob] cantu quodam, qui ex isto pede constabat, in armis saltavit τὴν ἐνοπλον ὄρχησιν, unde et pyrricha dicta. trochaeus est qui constat ex longa et brevi: exemplum, ut vita, Roma. Trochaeus unde dictus? Propter cursum et celeritatem suam: metrum enim hoc currit, cum longa a brevi excipitur. huic contrarius est iambus, qui constat ex brevi et longa: exemplum, ut nepos, honos. Iambus unde nomen accepit? Ab Iamba, Thressa muliere, quam dicunt in maledicto exercitatum isto pede usam.

207,15

Pedes trisyllabi quot sunt? Octo. Qui sunt? Dactylus, qui constat ex longa et duabus brevibus, ut copia. Dactylus unde dictus? Ἀπὸ τῶν Ἰδαίων Δακτύλων, qui eo usi sunt [musae], qui et Curetes vocantur, matris deum comites, qui feruntur cantu quodam et tinnitu aeris vagitum Iovis celasse. huic contrarius est anapaestus, qui constat ex duabus brevibus et longa, ut sapiens. Anapaestus unde dictus? Quod ex contrario quam dactylus feriat [contrarius fiat]. molossus, qui et

3 heros] herus B herum M apo ton spondion M apozon spondion B
4 unde defertur BM phemone delphica B femonoe delfica M 5 in om. BM
apollonis BM 6 spondomen mus aescetomus arcophoebo B spondomenmuses
cetom' arcophebo M: cf. fragm. Ambros. περὶ τῆς τῶν ποδῶν ὀνομασίας p. 256, 5
post lexic. Vindob. ed. Nauck σπονδεῖος δ' ἐκλήθη ἀπὸ τοῦ ἑνὸς τοῦ ἐν ταῖς
σπονδαῖς ἐπανηλούμενον τε καὶ ἐπαδομένον, οἷον σπένδωμεν ταῖς Μνάμας παιδὶν
Μούσαις καὶ τῷ μουσάρχῳ Δατοῦς νῆϊ, schol. Hephaest. v. I p. 170 Gaisf. ed.
sec. Terpantri versus esse coniecerunt Bergkii poet. lyr. gr. fragm. incert. 108
et Leutschius Philol. v. XI (a. 1856) p. 336 7 pyrricius siue dibracis B
phiritius siue dibracis M 8 cato] cauto M Int. pyrricius unde nominatus
R. capyrro acillis filio qui eriphilot thelephi B Int. pyrritius unde nominatus R.
capyrro cilli filio qui ē philo thelephi M. Eurypyli nomen apud Iulianum
Toletanum restituit Hauptius opusc. v. III p. 540 fortasse sub cantu 10 constat
BM saltavit theneno (thenemo B) plonor cesin unde et pyrrema dicta BM
13 hoc currit] occurrit BM excipitur] accipitur BM 15 abiam batharassa
B ab iā batharassa M quam] quia B 16 fortasse in maledicta excitatam
isto pede usum M sto pede usan B 18 ut copia dac. dactilus dictus apo
ton ideon dactilon quo usi sunt musae qui et curetes uocantur matris deum
comites quo fecerunt cantu B ut copia dac. dactilus dicitur apo ton idion dactylon
quo usi sunt muse que et curetes uocantur matris deum comitesq: fecerunt
cantu M 20 tinnitu aeris] innitueris BM 22 dictus] ductus M 23
feriatur] feratur BM molossus qui trimacrus M molossus qui trimacrius B

p. 15. 16 H.

trimacrus, ex tribus longis constat. Molossus cur dictus? A Molosso, Pyrrhi filio. hic etiam † iapestus vocatur, quod a iapetibus adcantatus est. huic contrarius est tribrachys, idem qui brachysyllabus sive pygnomus, qui constat ex tribus brevibus, ut Lepidus, Catulus. Tribrachys quare dictus? Quod ex tribus brevibus constat. amphimacrus, qui et creticus, constat ex longa et brevi et longa, ut caritas, veritas. amphimacrus autem dictus, quod ex utraque parte longas habeat. huic contrarius est amphibrachys sive mesites, qui constat ex brevi et longa et brevi, ut amicus. amphibrachys autem dictus, quod ex utraque parte brevia habeat brachia.

10 [huic contrarius est] bacchius [qui] constat ex brevi et duabus longis, ut Athenae, Camenae. bacchius dictus, quod ad bacchicos cantus conveniat. huic contrarius est palimbacchius, qui constat ex duabus longis et brevi, ut Latona, Lucina. palimbacchius dictus, quod contrarius sit bacchio: nam primas habet syllabas longas, postremam brevem.

15 Pedes duplices sive tetrasyllabi quot sunt? Sedecim. Qui sunt? Dispondeus, proceleumaticus, ionicus ἀπὸ μελίζονος, ionicus ἀπὸ ἐλάσσονος, ditrochaeus, diiambus, choriambus, antispastus, paeon primus secundus tertius quartus, *epitritus primus secundus tertius quartus*. horum etymologiae ex superiorum vocabulis et ipsa nominum compositione facillime possunt intellegi. Horum quis cui contrarius? Proceleumaticus dispondeo, ionicus ἀπὸ ἐλάσσονος ionico ἀπὸ μελίζονος, diiambus ditrochaeo, antispastus choriambo, epitritus primus paeoni primo, secundus secundo, tertius tertio, quartus quarto. Singuli quique horum quot et quibus syllabis constant? Ditrochaeus ex longa et brevi et longa et brevi, ut

25 aegritudo, cantilena; diiambus ex brevi et longa et brevi et longa, ut benignitas, malignitas; dispondeus ex quattuor longis, ut oratores, saltatores; proceleumaticus ex quattuor brevibus, ut animula, memoria; ionicus

2 hic etiam hippius vocatur, quod ab equitibus adcantatus est *conieci coll. Diom. p. 479, 8* hippius vero, equestri scilicet pugnae conveniens modulabatur 3 tribracis idem quibracisyllabas B tribacis idem qui braci-syllabis M siue epignemus BM 4 tribus om. B, add. M tribrachis B tribacis M 7 habeat M habet B anfibracis B anfibracus M 9 anfibracis autem BM brevia habeat brachia M brevia abea bracia B: immo brevem habeat syllabam, ut est in *excerptis Iuliani p. 323, 22* 10 est om. M, add. B 13 Latona] lacora M 15 tetrasyllabi B cetera syllaba M 16 proceleumaticus M ionicus apo mizonos ionicos appellassonos BM 17 antispastus (antistypus B) peon primus secundus (secundum M) tertius quartus horum etymologiae (et homologiae M) BM 20 proceleumaticus M 21 ionicus apollos sonos ionico apomei zono disiambus B ionicos appellassonos ionico apomizono diambus M 22 epitritus peonia primo secundus secundo tertius tertio B epitritus primus peonio primo secund' secundum tertio tertius M 23 quique] quinque B quoque M 24 constat BM et post brevi om. BM 25 cantilenae M disambus corr. diiambus B disiambus M 26 malignitas om. B, add. M 27 proceleumaticus M animola BM ionicos apo meizonos M ionicus apoizonos B

p. 16. 17 H.

ἀπὸ μείζονος, id est maior, ex duabus longis et duabus brevibus, ut penuria, vicinia; ionicus ἀπ' ἐλάσσονος, id est minor, ex duabus longis et duabus brevibus, ut Diomedes, Palamedes; epitritus primus, qui et hippius, ex brevi et tribus longis, ut Palatini, Numantini; epitritus secundus ex longa et brevi et duabus longis, ut conditores, funditores; epitritus tertius ex duabus longis et brevi et longa, ut vivacitas; epitritus quartus ex tribus longis et brevi, ut libertinus; choriambus ex longa et duabus brevibus et longa, ut armipotens; antispastus ex brevi et duabus longis et brevi, ut valetudo, amaturus; paeon primus ex longa et tribus brevibus, ut Oceanus, ruricola; paeon secundus ex brevi et longa et duabus brevibus, 10 ut favonius; paeon tertius ex duabus brevibus et longa et brevi, ut Marianus; paeon quartus ex tribus brevibus et longa, ut cupiditas facilitas.

DE HEXAMETRO VERSV HEROICO

208,24

Quot sunt genera versuum in dactylico metro? Quinque. Quid est dactylicum metrum? Quod constat dactylo et spondeo. Cur non addis 15 ultimo interdum trochaeo? Quia bono iudicio metrici complures hunc pedem de versu hexametro excludendum censuerunt. quippe omnis syllaba in ultimo versu adiaforos est, id est indifferenter accipitur, nec interest utrum producta sit an correpta, siquidem positione longa fiat, cum partem orationis in exitu finit. eo accedit quod vitiosus eius modi versus est, 20 qui trochaeum admittit. nam cum ita ratio exposcat, ut in pleno versu viginti quattuor | tempora sint, admisso utique trochaeo minuitur temporum numerus, et erunt tempora viginti tria, qui est versus colobos. Quae sunt ergo quinque genera versuum in dactylico metro? Hexameter pentameter tetrameter trimeter dimeter. Hexameter dicitur an hexametrus? 25 Vtrumque, ut Euander et Euandrus, quorum unum venit ex graeca enuntiatione, alterum ex latina. quippe Cornelius Epicadus in eo libro,

13 DE HEXAMETRO VERSV HEROICO Aldhelmus de metris, Mai auct. class. v. V p. 522.

2 ionicos ap ellazonos id est minus *M* ionicus appellazonos id est minor *B*
4 hippius] ipsius *BM* epitritus secundus — 5 funditores *om. B, add. M*
9 valetudo *BM* paeon primus ex longa et tribus et longa et duabus ut oceanus *B*
10 ruricola *BM* 11 marianus *M* mariamus *B* 13 De hexametro verso heroico
M, om. B 14 in dactylico metro *B* in dactilo metro *M* Quid est *V* quod
est *M* quot est *B* 16 ultimo interdum trocheum *B* in ultimo in tertium
trocheum *M* metrici complures *V* metri complures *M* metri cum plures *B*
pedem] pedum *B* 17 de versu] diverso *M* censuerunt *corr. consuerunt B*
19 sit] fit *M* 20 eo accedit *BM* 22 utique *V* itaque *BM* 23 numerum
M 25 hexameter dicitur an hexametrus *M* hexameter dicitur an hexametrus *B*
26 Euander] euadenter *B* 27 ex latinam *B*

p. 17, 18 H.

quem de metris scripsit, 'hexameter' inquit 'versus', contra quem item Caesius Bassus, vir doctus atque eruditus, in libro de metris 'iambicus trimetrus' ait. hexameter ergo sive hexametrus quot pedibus caeditur? Sex, dactylo et spondeo circum se positis aut alterna interpositione
5 variatis.

Hexametri versus genera quot sunt? Tria. Quae sunt? Hexameter 209,15
dactylicus, *hexameter dactylicus* heroicus, hexameter iambicus, qui et senarius, qui constat ex simplicibus sex, idemque ex duplicibus trimeter, Quid ergo, si versus hexameter sex spondeis constiterit, poterit dactylicus
10 dici? Erit quidem versus spondiazon, sed metrum dactylicum, quippe eius modi compositio non nisi in dactylicum metrum cadit. Qui sunt versus hexametri dactylici? Qui tantum sex pedibus dactylicis constant, praeter bella et facta heroum quodlibet aliud continentes, ut puta veluti sunt bucolica et georgica ceteraque huius modi. Qui *sunt* hexametri dactylici
15 heroici? Qui bella et heroum res gestas complectuntur, ut puta veluti est Ilias Homeri vel Virgili Aeneidos. Qui est pes quintus? Idem qui dactylus. Quare quintus? Quia semper in versu exceptis aliis locis, quibus varie ponitur, quintam regionem proprie obtinet, minusque lenis est versus qui quinto loco spondeum magis quam dactylum habuerit, et vocabitur
20 spondiazon, veluti est ille,

aut leves ocreas lento ducunt argento.

et ideo nec in fine dactylus debet poni, sicut nec spondeus in quinto loco. spondeus autem a quibusdam imus pes cognominatur; quod regionem sextam semper obtineat nec umquam dactylus in fine ponatur.

25 Qui modus est syllabarum in versu hexametro dactylico sive heroico? 210,13

3 hexameter ergo — 5 variatis *Iulianus de ratione metrorum p. 51 ed. Rom.*

1 quem de metris scripsit exameter inquit uersus contra quem ita cesius B quem de metris examet inquit contra quem item cesius M 3 examet ergo M exametre ergo B 4 sex dactylo et spondio circum se positis aut alterna interpositione uariacis M Si ex dactilo uarietatis B 6 Int. quae sunt R. exameter (ameter M) dactylicus eroicus BM Quae sunt? Est hexameter dactylicus tantum, est hexameter dactylicus herous V Quae? hexameter dactylicus, hexameter heroicus Aldhelmus 8 senarius M sex idemque ex duplicibus om. B, add. M 9 quod ergo M 12 sex] si ex B 14 eius modi B sunt om. BM, add. V et Aldhelmus 15 ueluti est ilias M ueluti sunt hiliis B 16 qui est pes quintus idem qui dactylicus quare quintus est eo quod semper *codex Victorini*, Quis est pes quintus? dactylus. quare quintus dactylo competit? quia semper Aldhelmus. Qui est pes quintus? quintus quidem pes semper dactylus. quare? eo quod semper *edidi apud Victorinum. sed grammaticus dactylum dixit quintum pedem, propterea quod is in hexametro versu quintum locum obtineret* idem qui] quidem qui BM 17 in uersus exceptis aliis locis B in uersu exceptis alii locis M 18 lenis M leuis B 21 aut leues] *Verg. Aen. VII 634* ducunt B ducent M 23 a om. B, add. M 25 in uerso exametro dactilico siue heroico B inter uersum exametro dactylico siue exametro M

p. 18. 19 H.

Omnis versus hexameter dactylicus sive herous a duodecim syllabis crescit usque ad septem et decem. nam qui minimus est, habet syllabas non minus quam duodecim; *qui maximus est, non plus quam decem et septem.* Quid ergo? nonne plerumque invenias versum decem et octo aut viginti syllabarum, ut sunt hi,

quando aliud mihi iam miserae nihil ipsa reliqui,

item

aut onera accipiunt venientum aut agmine facto,

item

cara mihi ante alias neque enim novus iste Dianae? 10

Sunt quidem plerique syllabarum decem et octo, ille vero quem in ultimo loco posuisti syllabarum viginti, cui nequaquam inveneris parem, cum adhuc nullus fere inveniatur qui decem et novem syllabis constet. verum sciendum est in metrica ratione numquam computari eas syllabas, quas synalifa intercipit. quo fit ut omnes illi versus, qui supra dictum 15 numerum syllabarum videntur excedere, detractis synalifis ad decem et septem aut sedecim aut etiam ad quindecim syllabas redigantur, veluti sunt illi quos supra exempli causa posuisti. unde sciendum est nullum versum dactylicum hexametrum inveniri posse, qui numerum syllabarum decem et septem videatur excedere. itaque omnis versus hexameter, si 20 solis spondeis constiterit, erit duodecim syllabarum; si unum dactylum habuerit, tredecim; si duos, quattuordecim; si tres, quindecim; si quattuor, sedecim; si quinque, decem et septem. ita, quotiens dactylus accesserit, totiens una syllaba crescit.

211, 18

Hexameter versus dactylicus per quot species variatur? Triginta et duas. | Quatenus? In versu duodecasyllabo species una est. quippe is sine ulla varietate omnes in se spondeos habet et vocatur spondiazon, ut est

introducuntur legati Minturnenses.

25 Hexameter versus dactylicus sqq. *Iulianus de ratione metrorum p. 50 ed. Rom.*

2 et om. B, add. M nam qui minus est B nam qui minimus M 3 qui maximus — decem et septem om. B M, add. V 5 ut sunt hii B ut sint hii M 6 quando] *Verg. Aen. IIII 315* iam misere nihil ipsa B iam nihil uita M 7 item] aut B 8 aut onera] *Verg. georg. IIII 168* uenientum om. M, add. B 10 cara mihi ante alias neque enim nouus ste diane B cara mini ante alias usque diane M: *Verg. Aen. XI 537* 11 sunt] sicut M 12 loco om. B M parem] partem B 13 qui decem] quindecim M 17 aut etiam] aut tertiam M 19 inueniri possi B inuenire posse M 25 dactylicus] dactilus B dactyli M 26 duodecasyllaba M is] his B M 27 sine ullam uarietatem B 27 spondeus habet B spondeos habent M 29 introducuntur legatim inturnenses B hii producuntur legatim inturnis M hii producuntur legati Minturnenses *Aldhelmus: Enn. annal. 603 ed. Vahl.*

p. 19. 20 H.

quod genus versificationis usque adeo durum est, ut non invenuste Albinus in libro quem de metris scripsit ita posuerit, † quod vetat spondeo totum concludere versum, posse patefieri, iungi sed dactylum apte. In versu tredecim syllabarum quot species sunt? Quinque : quippe in eo unus
 5 dactylus inter spondeos admissus quinque locis invertitur. In versu quattuordecim syllabarum quot sunt species? Decem. Quae sunt? Aut enim primo et secundo loco dactylus ponitur, aut primo et tertio, aut primo et quarto, aut primo et quinto, aut secundo et tertio, aut secundo et quarto, aut secundo et quinto, aut tertio et quarto, aut tertio
 10 et quinto, aut quarto et quinto. Quid in versu quindecim syllabarum, species in eo quot sunt? Similiter decem : nam sicut in illo *qui est* quattuordecim syllabarum dactylus decies variatur, ita in hoc totiens spondeus invertitur. In versu sedecim syllabarum species quot sunt? Totidem quot in tredecim, id est quinque: nam ut in illo dactylus quinque
 15 locis invertitur, ita in hoc spondeus isdem locis totiens variatur. Quid in versu syllabarum decem et septem? Similiter in eo ut in duodecasyllabo species una est: quippe hic dactylus quinque constat locis excepto ultimo pede, quem necesse est disyllabum esse, ne syllabarum amplior numerus crescat. Quid ergo? numquamne dactylus in fine ponitur? Potest quidem,
 20 ut vult Virgilius; nos tamen observabimus non in eo versu, qui ceteros omnes dactylos habeat, veluti in georgicis

aut spumas miscent argenti vivaque sulphura,
 quem quidam invertentes sic legunt, 'et sulphura viva'. item

bis patriae cecidere manus, quin protinus omnia, |

25 quem quidam per synalifan excludunt, ut fiat in scandendo omnia, nec intellegunt synalifan tunc esse, cum vocales inter se confluunt seu solae, ut 'multa quoque et bello passus', seu interposita consonante, ut 'multum ille et terris', quod nequaquam in hoc loco adseri potest. quippe absolutus pes est 'omnia', velut in illo versu, 'omnia fert aetas,

1 quod ē genus B 2 in liber quem de metris scripsit B in libro quem metris scripsit M ita posuerit V ita proposuit BM. de versibus Albini, quos corruptos habuit Audax, dixi apud Victorinum quod vetat M quod uitem B 3 uesum B iunc cis sed dactili apte B 6 aut enim B autem M 7 aut primo et tertio om. B, add. M 8 et quinto] aut quinto B 10 aut quarto] et quarto B : aut quarto et quinto om. M quid inter uersu B 11 qui est om. BM, add. V 13 in uersu XVI syllabarum M in uersus decem syllabarum B 14 in ante illo om. BM, add. V 15 totiensque variatur V 16 duodecasyllaba M 18 numerum M 20 uirgilius M uergilius B obseruabimus in eo uersu M obseruauimus non in eo uersu B 21 habeat B habet M 22 aut spumas] Verg. georg. III 449 sulphora M, om. B 23 et sulfura uiua B ut sulphora uiua M 24 bis patriae] Verg. Aen. VI 33 25 quidam per sinalifan M quidem per sinalifane B fiat] sit BM omnia] omā BM 26 configiant B 27 multa] Verg. Aen. I 5 seu interposita B sed interposita M 28 multam corr. multum B : Verg. Aen. I 3 29 velut om. B, add. M uerso B omnia fert] Verg. bucol. 9, 51

p. 20. 21 H.

animum quoque' et 'omnia vincit amor'. posset itaque esse etiam
versus ex dactylis sex, si modo metrici admitterent, veluti dictus est ille,
interea tenero mihi bucula pascere gramine,

item

at tuba terribilem sonitum procul excitat horrida.

5

214,23

De caesuris. Quot sunt species in caesura hexametri versus? Quattuor.
Quae sunt? Coniunctus, districtus, mixtus, divisus. Coniunctus qui est?
Qui in scandendo ita concatenatus sibi est, ut nusquam finito sensu divisa
inter se verba ponantur, quod genus versificationis laudabile habetur,
veluti est

10

infandum regina iubes renovare dolorem.

Qui districtus? Qui in scandendo sensum seu partes orationis separatas
habet, ut puta veluti

dic mihi, Clio, quisnam primus fingere versus.

Qui mixtus? Qui utrumque in se habet, ut in quibusdam coniunctus,¹⁵
in quibusdam separatus sit, ut puta

hic currus fuit, hoc regnum dea gentibus esse.

Qui divisus? Qui in priapeo deprehenditur metro. Quale est metrum
priapeum? | Cum in hexametro versu primi tres pedes concatenati inter
se, a reliquis tribus sequentibus divisi separatique sunt, ut in bucolicis²⁰

aut Ararim Parthus bibet aut Germania Tigrim,

utque viro Phoebi chorus adsurrexerit omnis,

est mihi namque domi pater, est iniusta noverca.

Vnde dictum priapeum? Quod pleraque eius modi in honorem Priapi ita

6 DE CAESVRIS *Beda de arte metrica* 245, 16 *Iulianus de ratione metrorum*
p. 49 ed. Rom.

1 omnia vincit] *Verg. bucol.* 10, 69 posset *V* possit *BM* 2 admittens
M 3 tenero] tenore *B* 4 item *om. B, add. M* 5 ad tuba *M: cf. Verg.*
Aen. VIII 503 6 De caesuris *M, om. B* 7 *R.* coniunctus districtus
mixtus divisus *Int.* coniunctus qui est *M R.* districtus solutus mixtus divisus
Int. districtus quid est *B* 8 ut nusquam] utriusquam *B* 11 infantum *M:*
Verg. Aen. II 3 iuues renouate *B* 12 *Int.* qui strictus *R.* qui in scandendo
M Int. solutus *R* qui *R* in scandendum *B* 13 ut puto *B* 14 mihi] miri *B*
prima *M* 15 Qui mixtus — 17 gentibus esse *om. B, add. M* 16 hic currus]
Verg. Aen. I 17 18 in priapeio *B* in priapaio *M* 19 priapeium *B* pri-
paieum *M* cum in hexametro *V* cum exámetro *M* cum exámetro *B* 21
aut Ararim] *Verg. bucol.* 1, 63 partus bibet au germania tigrini *M* patus
bibet aut germania tibrim *B* 22 utque vera foebrī corus adsurrexit omnis
B ut puero foebrī corus adsurrexit omnis *M et Aldhelmus p. 532: Verg. bucol.*
6, 66 23 est miri *B: Verg. bucol.* 3, 33 24 priapeium *BM* pleraque
eiusmodi in honore priapi conscripta sunt *B* pleraque quismodi in honore priapi
ita conscripta sint *M*

p. 21. 22 H.

conscripta sunt, propter quod multi volunt hoc genus compositionis bucolico carmini magis convenire.

Pythium item metrum quod est? Idem quod hexametrum. Vnde ^{215,16} dictum pythium? Quidam volunt ob id, quod hoc genere metri oracula ⁵ primum ab Apolline sint edita, qui interfecto Pythone Pythius dictus est. qui cum in Parnaso Pythonem serpentem in vindictam matris sagittis insequeretur, accolae Delphici hoc illum versu hortati sunt.

DE NOMINE

Quid est nomen? Nomen est pars orationis cum casu significans ¹⁰ rem corporalem, ut homo, seu incorporalem, ut pietas. Quae sunt quae accidunt nomini? Qualitas, scilicet qua quaeritur, utrum nomen sit proprium an appellativum; genus, quo apparet, masculinum sit an femininum vel neutrum; numerus, quo apparet, singulare sit an plurale; figura, qua apparet, simplex sit an composita; casus, quo declinatur.

¹⁵ De casibus. Casus quid sunt? Gradus quidam declinationis. Vnde ^{189,17} dicti sunt casus? Quod per eos pleraque nomina a prima sui positione inflexa varientur et cadant. Quare pleraque et non omnia? Sunt enim quaedam vocabula, quae per casus flecti non possunt, ut puta veluti nequam frugi nugas nihili. Quot sunt casus declinationis? Sex. Qui ²⁰ sunt? Nominativus, genetivus, dativus, accusativus, vocativus, ablativus. Sed si a cadendo casus dicti sunt, quo modo nominativus casus dici potest, qui adhuc in suo statu est nec a prima positione sui cecidit, quo fit ut a genetivo casus esse incipiant ac per hoc quinque sint? Dicimus non aliter nominativum quoque casum dici posse, quam ut in gradibus, quos ascendimus,

2 carmine *BM* 3 Phitium utroque loco *BM* 4 oracula primo ab polloni sunt edita *B* oracula primo apollini sint edicta *M* 5 pitone *B* phitone *M* phitius *BM* 6 phitonem *BM* in vindicta *BM* 7 ortati *M* orati *B*. *graecum versum a Mario Victorino p. 50,21 et a Terentiano v. 1591 adscriptum, ἡ παιάν, ἡ παιάν, ἡ παιάν, omiserunt Audax et Atilius Fortunatianus p. 284,9. eiusdem versus pars relictā erat in codice Victorini p. 215,23* 9 est priore loco om. *M*, add. *B* 12 genus quo appellaret *M* sit] sint *B* 13 numerum quo appare singure *M* qua] quae *B* 14 quod declinatur *B* 15 DE CASIBVS om. *B*, add. *M* unde dicti casus *B* unde dictus *M* 17 variantur *M* et non omnia *V* et nomina *M* et nomini *B* enim om. *B*, add. *M* 18 velut *M* 19 quot sunt] qui sunt *B* Qui sunt — 21 dicti sunt om. *M*, add. *BV* 21 si om. *B*, add. *V* 22 qui adhuc in suo statu est *V* quia adhuc (ad hunc *B*) in suo est *BM* quo fit *V* quod fit *BM* ut om. *M*, add. *B* 23 casus *M* casu *B* incipiant haec per hoc quinque sunt *B* incipiunt ac per hoc quinque sunt *M* non aliter *V* enim Aliter *M* enim *B* 24 quoque] quique *M* dici ē posse *M* quam ut in gradibus quo ascendimus *M* quam inter gradibus quos ascendimus *B* quam ut in gradibus quos descendimus *codex Victorini, ubi scripsi* quam ut in gradibus per quos descendimus: cf. *Pompei. p. 182,16*

p. 22. 23 H.

illum etiam qui in summo est gradum dicimus, cum alioqui ad superiorem planitiem aequalis sit nec fiat gradus nisi depressione sequentis. quo exemplo per genetivum, in quem cadit, nominativus quoque iam casus est. sed addunt etiam non nulli quamvis sine nomine septimum casum. Quid est septimus casus? Qui quasi speciem ablativi habet nec tamen ablativus est, quippe 5 per accusativum liquidius explicatur, veluti cum dicimus nos terra vel mari vectos, non utique a terra vel mari, sed per terram vel mare significamus. ex quo sensu est 'multum ille et terris iactatus et alto'.

190,10 Genetivi casus quae regula est? Genetivus casus singularis numquam a nominativo suo minor est. itaque aut totidem syllabis constare debet, quot nominativus, aut etiam una syllaba excedere. Quo modo totidem syllabis? Vt Virgilius Virgilii, Terentius Terentii, et ob id geminata i. Quo modo una syllaba excedere? Vt Hector Hectoris, Nestor Nestoris. accidunt autem nomina quaedam contra supra dictam rationem, quae 15 duabus syllabis crescunt in genetivo, ut puta anceps ancipitis, praeceps praecipitis, biceps bicipitis, supellex supellectilis.

190,18 Ablativi casus quae regula est? Ablativus singularis exceptis quibusdam nominibus aptotis, ut nequam et nugas, una ex quinque vocalibus terminatur. quaecumque igitur | nomina ablativo casu numero singulari a vel 20 o litteris fuerint terminata genetivum pluralem in rum syllabam eiciunt, dativum et ablativum in is, ut puta ut ab hac tabula harum tabularum et ab hoc docto horum doctorum, his et ab his tabulis his et ab his doctis. quae vero in e aut in u fuerint terminata, e littera correpta in ablativo genetivum pluralem in um vel in ium syllabas eicient, ut 25 ab hoc codice codicum, pariete parietum, rupe rupium, stirpe stirpium, nocte noctium: simili modo i quoque aliquando in um, aliquando in ium syllabas eicit, ut ab hoc vigili vigilum, pugili pugilum, agili agilium, facili

1 illum etiam M etiam illum B cum alioquin B enim alioqui M
2 depressione V depressio B depositio M quo exemplo per genetivum in
quem cadit V quod exemplo in genetivum per quem cadit B quo exemplo
genetivum per quem cadit M 4 sine om. B, add. M quid est B quis est
M 5 tamen om. M, add. B quippe] qui eē BM quippe is V, qui ipse
olim edidi 6 liquidus M 7 vel mari] uel mare utroque loco BM 8
significamus om. BM sensu V sensus BM multum] Verg. Aen. I, 3
11 minores itaque B aut totidem] ut totidem M 12 una om. M, add. B
13 i om. BM 15 accedunt BM 16 crescunt M constant B 17 suplex
supellectilis B supplex subpellectilis M 18 Ablativus singularis om. B, add. M
19 nominibus] omnibus B ut nequam ut nugas M ut nequam nugas B ter-
minantur B 20 numero singulari um a uel o litteris fuerint terminata B
numeri singulari a. l. o litteris fuerint terminatus M 22 in is] in his BM
ut puta ab hac tabula V: fortasse ut puta velut ab hac tabula 25 vel in
ium] uel. i. um B 27 i quoque aliquando in um syllabas eicit ut ab hoc
uigili uigilium pugili pugilium BM

p. 23. 24 H.

facilium: dativum vero et ablativum in bus, ut his et ab his codicibus parietibus rupibus stirpibus vigilibus *agilibus* facilibus. Quid si e producta fuerit? Genetivum pluralem in rum syllabam eiciet, dativum et ablativum in bus, ut ab hac specie harum specierum his et ab his speciebus. at
 5 vero u genetivum pluralem in uum tantum modo eiciet, dativum et ablativum in bus, ut ab hoc fluctu horum fluctuum, curru curruum, his et ab his fluctibus et curribus.

DE PRONOMINE

Quid est pronomen? Pars orationis dicta, quod pro ipso posita
 10 nomine minus quidem plene, idem tamen significet. Pronomini quot accidunt? *Sex. Quae?* Qualitas genus numerus figura persona casus. sed qualitas pronominum in tres species dividitur: nam aut finita sunt pronomina aut infinita aut minus quam finita. Quale est finitum pronomen? Finitum pronomen est quod notat certam personam, ut ego tu; infinitum,
 15 quod certam personam non habet, ut quis quae quod. Minus quam finitum quid est? Quod certis incertisque personis aptari potest, ut iste ille ipse. Genera pronominum quot sunt? Tria, masculinum, ut hic, femininum, ut haec, neutrum, ut hoc. sunt et communia, ut ego tu. Numeri pronominum quot sunt? Duo, singularis, ut hic, pluralis, ut hi
 20 [item dualis, ut duo ambo uterque]. est et numerus communis, qui in singulari pluralique similiter ponitur, ut qui quae: dicimus enim qui vir et qui viri, quae mulier et quae mulieres. Figurae pronominum quot sunt? Duae, simplex, ut quis, composita, ut quisquis. Casus pronominum quot sunt? Totidem quot et nominum. | Personae quot sunt? Tres, prima
 25 quae loquitur, ut ego; secunda ad quam loquitur, ut tu; tertia de qua loquitur, ut ille. pronomina autem quaedam, ut nomina, aut numerum significant, ut quot tot; aut gentem, ut cuias nostras; aut ordinem, ut quotus totus; aut qualitatem, ut qualis talis; aut quantitatem, ut quantus tantus. quaedam autem ad aliquid dicuntur: nam sine alio intellegi non
 30 possunt, ut meus tuus suus. Declinatio personae primae finitae quot casus habet? Quinque tantum: vocativo enim caret tam in singulari numero quam in plurali, quia nemo se vocat o ego, o nos. sic ergo declinatur,

2 *agilibus om. BM* 3 pluralem *om. M, add. B* syllaba *BM* 8
 DE PRONOMINE *om. B, add. M* 10 idem tamen *M* tamen idem *B* 11
Sex Quae om. BM 12 in tres] inter *B* 14 finitum e pronomen quod notat
 certum personam *M* finitum pronomen ē quod nomen est quod nomen certat
 personam *B* 15 Int. minus quam finitum quid (*quid om. B*) *R.* quod *BM*
 18 et *om. M* 20 dualis et duo *BM* est enim et communis *BM* 24
 primo qui loquitur *M* 25 quam] quem *BM* de quo *M* 26 quaedam
 aut nomina *B* 27 cuias *B* cuius *M* 31 vocativum *BM*

p. 24. 25 H.

ego mei mihi me a me, item nos nostrum nobis nos a nobis . iam secundae personae sex casus occurrunt, tu tui tibi te o a te, item vos vestrum vobis vos o a vobis; item personae tertiae, ille illius illi illum o ab illo, et pluraliter illi illorum illis illos o ab illis . sane prima et secunda, id est ego et tu, tam in singulari numero quam in plurali 5 generis omnis est . cetera autem pronomina diverso genere declinantur, sicut in ceteris regulis legimus.

DE VERBO

Verbum quid est? Pars orationis cum persona et tempore agentem patientemque significans. Verbo quot accidunt? Septem, qualitas coniu- 10 gatio genus numerus figura tempus persona. Qualitas verborum in quot partes dividitur? In duas, id est in modos et in formas.

Modi verborum quot sunt? Septem, indicativus, imperativus, promissivus, optativus, coniunctivus, infinitus, impersonalis. Indicativus cur dictus est? Quod per ipsum indicamus quid agamus, ut puta interrogatus 15 quid faciam dico tibi 'lego': haec enim significatio indicantis est. Imperativus quare dicitur? Quia significationem habet imperandi, ut puta lege doce scribe. Promissivus cur dictus est? Quia per ipsum promittimus, in futuro quid agamus, ut puta legam faciam . hoc enim promitto, quod necdum facio. Optativus quare dicitur? Quia significationem optandi 20 habet, ut utinam dicerem facerem legerem. Coniunctivus cur dicitur? Quia sine coniunctione aliarum orationum non implet sensum locutionis . si enim tantum dixerem 'cum clamem', pendet | sensus et indiget ut compleatur; adicio 'cum clamem, quare me tacere credis?', 'cum loquar, cur me silere dicis?' . ideo ergo coniunctivus modus dicitur, quia coniungit 25 sibi alias elocutiones, ut expleat sensum. Infinitus cur dicitur? Quia non explet sensum nisi adiecta alia particula verbi, ut puta legere: pendet enim sensus: adicis volo vis vult et implet sensum, legere volo, legere vis, legere vult. Impersonalis cur dicitur? Quia, nisi persona ex pronominibus adiecta fuerit, certam agentis personam non definit, ut legitur . 30 quodsi adiciatur ex pronominibus persona, statim significatio eius expletur, ut legitur a me, a te, ab illo.

4 sane] sine B 5 numero] non M 6 ceteras M diversa genera declinatur B 8 DE VERBO om. B, add. M 10 significat B coniugatio] coniunctio B 11 verborum om. M, add. B 12 et in formas et reliqua quare promissivos dicitur (18) quia per ipsum promittimus M 16 indicemus quid agimus B 18 per se ipsum B 19 faciam om. M, add. B 20 optativus — 21 legerem om. M, add. B 23 cum clamem M cum clament B ut] aut B 26 ut expleat B ut compleat M non explet M non expleat B 28 et om. B, add. M 32 expletur B impletur M

p. 25. 26 H.

Formae quae sunt? Perfecta, ut lego, meditativa, ut lecturio, frequentativa, ut lectito, inchoativa, ut fervesco calesco. Perfecta forma cur dicitur? Quia plenus est in ea indicantis sensus, ut lego. Meditativa forma cur dicitur? Eo quod semper meditatur, ut lecturio, id est legere
 5 desidero; esurio, id est edere desidero, parturio, id est parere desidero. Inchoativa forma cur dicitur? Quia subito motu nascitur, ut fervesco calesco. praeteritum tempus non habet: non enim possumus dicere fervescei calescei. quae enim inchoantur, perfecta adhuc non sunt. Frequentativa forma cur dicitur? Quod per eam aliquid frequentamus,
 10 ut lectito clamito.

Coniugationes verborum quot sunt? Tres, prima quae indicativo 198,27 modo tempore praesenti persona secunda a et s litteris terminatur, ut amo amas, secunda quae e et s litteris finitur, ut moneo mones, tertia quae i et s, ut lego legis, facio facis. coniugatio igitur est forma quaedam,
 15 ex qua intellegitur, promissivus modus [id est indicativus] quo modo efferri debeat. in verbis ergo activis et neutralibus o littera terminatis coniugationem quaerimus modo indicativo tempore praesenti persona secunda ante novissimam litteram; in passivis autem et communibus et deponentibus, quae r littera terminabuntur, eodem modo eodemque tempore et
 20 persona ante novissimam syllabam. prima et secunda coniugatio futurum tempus, id est promissivum modum, in bo syllabam mittunt, ut amo amas amabo, moneo mones monebo. Quid si earundem coniugationum verba r littera finita fuerint? Futurum tempus in bor syllabam mittunt, ut amor amaris amabor, moneor moneris monebor. Quid si tertia coniugatio
 25 correptam | i litteram habuerit? Promissivum modum in am syllabam mittit, ut lego legis legam, scribo scribis scribam. Quid si eiusdem coniugationis verbum or syllaba fuerit terminatum? Futurum tempus in ar syllabam mittit, ut legor legeris legar, scribor scriberis scribar. Quid si eiusdem coniugationis verbum producta i ante s finitum fuerit? Futurum
 30 tempus in am syllabam et in bo mittit, ut sciam scibo. Quid si r littera terminatum fuerit? Promissivum modum in ar et in bor eiciet, ut scior sciris, sciar et scibor. Vbi ergo cognoscimus, quando in secunda persona i

1 Formae — 2 calesco *om. M, add. B* 3 ut puta lego metatitia cur eo quod semper *M* 4 meditetur *BM* 6 inchoativa cur quia subita metu *M* motus *B* 7 calesco *om. M, add. B* habent *BM* 9 Frequentativa — 346,15 nascor *om. M, add. B* 12 terminantur *B* 15 ex qua] et qua *B* id est indica indicativus *B, om. V* 16 offerri *B* neutralibus coniugationes quaerimus o littera terminatis modo indicativus *B* 22 coniugationem *B* 23 finita fuerit *B* ut amor amaris] ut amoris *corr.* ut amaris *B* 24 coniugatio promissivus modo correpta littera habuerit *R* In am syllabam *B* 29 eiusdem verbum producti ante o finitum *B* 31 eiciet] et ici et *B* 32 ubi ergo scimus *B* ubi nos scimus *codex Victorini*

correpta vel producta sit? In imperativo modo: nam quotiens correpta est, detracta s littera transit in e, ut lego legis lege, scribo scribis scribe; quando autem producta est, perseverat in imperativo, ut audio audis *audi*, servio servis *servi*. omnis ergo coniugationis effectus ex imperativo modo cognoscitur.

198,4

Genera verborum quot sunt? Quinque, id est activum, passivum, neutrum, commune, deponens. Activum verbum quale est? * Quod r littera terminatur, qua deposita redit in activum, ut lego legor. Neutrum quod est? Quod o littera terminatur et r litteram non recipit, ut curro vigilo. eius significationes sunt duae: aut enim agendi vim habet, ut sedeo curro, aut patiendi, ut algeo vapulo. Commune verbum quale est? Quod r littera terminatur et agentis et patientis recipit significationem, ut consolor osculor: dicimus enim consolor te et consolor a te. Deponens quod est? Quod r littera terminatur et deponere eam non potest, ut luctor iocor conor nascor. Activa quare dicuntur? Quia agunt, ut verbero. 15 Passiva quare? Quia patiuntur, ut verberor. Neutralia quare? Quia nec agunt nec patiuntur, ut sto iaceo sedeo. sunt autem et semineutralia, quae agunt aliquid et non patiuntur, ut nato curro; item alia semineutralia, quae patiuntur et non agunt, ut vapulo sudo ferveo langueo. Communia quare dicuntur? Quia sub uno verbo tenent activum et passivum et in 20 utroque genere r numquam deponunt, quam si deponunt, latina non sunt, ut precor contemplor reminiscor recordor. Deponentia quare dicuntur? Quia deponunt futuri temporis participium a significatione passiva, quod exit in dus, ut moriendus gloriandus blandiendus.

198,18

Numeri verborum quot sunt? Duo, singularis, ut lego, pluralis, ut 25 legimus. figurae quoque totidem, simplex, ut lego, composita, ut relego. Figurae verborum quot modis componuntur? Quattuor, ex duobus integris, ut describo depono; ex integro et corrupto, ut expleo consulo; ex corrupto et integro, ut suffero succedo; ex duobus corruptis, ut sustineo.

1 in om. B, add. V, item 3 3 audi et servi om. B, add. V 7 lacunam, qua definitio activi verbi excidit, indicavi. Activa quae sunt? Quae o littera terminantur et accepta r faciunt ex se passivum, ut lego legor. Passiva quae sunt? Quae r littera terminantur et deposita ea redeunt in activum, ut legor lego V 9 terminetur B 10 agendi vim V gendium B 13 consolor osculor B consolor te et consolor a te B 15 nascor] noscor B quia agunt ut verbero passiva quia patiuntur ut verberor M Quia agunt ut verbero B 17 et semineutralia B et neutralia M 18 alia semineutralia B 20 tenet BM et in utroque genere R Numquam deponent quod si deponit latina non sunt B, om. M 23 Quia deponuntur B a] ut B quod exit B que exiit M 24 gloriandus] gloriandus M blandiendus figure verborum IIII modis componuntur ex duo integris ut describo M 26 relego] religio B 28 consuleo BM ex corrupto om. M, add. B

p. 27. 28 H.

Tempora verborum quot sunt? Tria, praesens, praeteritum et futurum. sed praeteriti temporis species tres sunt, imperfecta, perfecta et plusquamperfecta. Dic eorum temporum differentias. Praesens est, cum agimus, ut lege: nam non possum dicere lego, nisi dum in ipso actu sum. futurum est, cum adhuc agere polliceor, ut legam. praeteritum imperfectum est, cum coepisse aliquando aliquid et non perfecisse nos indicamus, ut clamabam. praeteritum perfectum est, cum nuper aliquid nos fecisse significamus, ut legi. praeteritum plusquamperfectum est, cum non nuper, sed iamdudum aliquid perfecisse nos intimamus, ut legeram.

Personae verborum quot sunt? Tres, prima quae loquitur, ut lego; secunda ad quam loquitur, ut legis; tertia de qua loquitur, ut legit.

Defectiva verba quae sunt? Quae in declinatione deficiunt, id est in genere vel persona vel coniugatione vel tempore, et quia uniformi modo durare non possunt, ob id defectiva dicuntur. genere igitur deficiunt, cum neutra significatione tempore praesenti ad passivam speciem in praeterito tempore transeunt, ut audeo ausus sum, gaudeo gavisus sum, soleo solitus sum: non enim possumus de praeterito tempore dicere gaudiui. quoniam durum et turpe sonabat, mutaverunt illi scriptores artium sonum de praeterito tempore passivi verbi, ut confido confisus sum: nam absonum erat dicere confidi.

DE ADVERBIO

Quid est adverbium? Pars orationis, qua adiecta verbo manifestior oratio redditur, ut docte dixit, pulchre fecit, bene scripsit. Adverbia unde nascuntur? Aut a sua positione aut ab aliis partibus orationis: a sua enim positione nascuntur, ut heri nuper; ab aliis autem traducuntur, ut doctus docte, sapiens sapienter. adverbia autem quae in *e* productam exeunt ab eo nomine veniunt, quod in dativo singulari o litteram accipit,

1 Tempora — 12 legit *om. M, add. B* 3 est ut cum agimus *B*
5 cum] quod *B* legam] lega gam *B* 6 cum] ut *B* 12 ad quem loquitur ut leges *B* leget *B* 13 in declinatio *M* id ē in genera vel persona vel per coniugatione vel tempore *B, om. M* 14 et quia] ut quia *BM* 15 igitur *B* ergo *M* 16 cum neutra *B* cum neutralia *M*. fortasse cum ex neutra significatione temporis praesentis praeterito] praesenti *B* 17 ut audeo ausus sum gaudeo gavisus sum soleo solitus sum. non enim possumus de praeterito tempore passivi verbi (*deletis* passivi verbi) dicere gaudiui quoniam *B* ut gaudeo gavisus sum non gaudiui que *M* 19 sonabat mutauerunt mutauerunt illi *M* sonabant mutauerunt aut illi *B* mutaverunt] mutuati sunt *coniecit Thurot revue critique a. 1877 p. 308* sonum *om. M, add. B* 20 absonum me erat *B* 22 DE ADVERBIO *om. B. De adverbio, de participio, de coniunctione, de praepositione in Monacensi codice pauca scripta sunt, ex quibus discrepantia scripturae praeter integram codicis Bernensis lectionem paucis locis adnotata est.* 23 qua] que *M, om. B* 26 ab aliis aut traducuntur *B* 27 in productum *B*

p. 28. 29 H.

ut huic docto docte . item quae in ter exeunt ab eo nomine veniunt, quod in dativo in i profertur, ut huic agili agiliter . quam tamen regulam frequenter excedit auctoritas . nam quaedam et in dativo casu permanent et *ex* specie sua adverbia faciunt, ut falso sedulo; quaedam contra veniunt, ut huic duro, non dure, sed duriter.

201,18

Adverbiis quot accidunt? Tria, significatio, comparatio, figura. Significationis species quot sunt? Multae: sunt enim quaedam temporis, ut heri nuper iamdudum pridie postridie interdum statim nunc tunc olim hodie cras perendie et cetera . sunt alia loci, quae quidem in quattuor species dividuntur: aut in locum, ut huc illuc; aut in loco, ut hic ibi; aut e loco, ut hinc inde; aut per locum, ut hac illac . sunt quaedam temporis et loci, ut hactenus protinus, alia numeri, ut semel bis ter quater decies centies milies, alia negantis, ut non minime nequaquam nullatenus, alia interrogantis, ut cur quidita, alia demonstrantis, ut en ecce, alia hortantis, ut eia, alia optantis, ut utinam, alia existimantis, ut ferme, alia ordinis, ut deinceps deinde postremo, alia similitudinis, ut ceu quasi veluti, alia dubitantis, ut fortasse, alia vocantis, ut heus, alia respondentis, ut heu, alia prohibentis, ut ne, alia communicationis, ut pariter una simul, alia separationis, ut seorsum, alia alternationis, ut vicissim, alia comparationis, ut magis potius, alia eventus, ut forte, alia adnuentis, ut vero, alia iuris iurandi, ut mediusfidius ecastor, alia personalia, ut mecum tecum secum, alia iterationis, ut iterum rursus saepius, alia qualitatis, ut bene male, alia quantitatis, ut satis nimium parum . sunt et adverbia infinita, ut ubi quando, sunt finita, ut hic modo. Adverbiorum figurae quot sunt? Duae, simplex, ut iuste, composita, ut iniuste. Recipiunt comparationem adverbia? Vtique, ut iuste iustius iustissime . adverbii autem praepositiones adici raro possunt, quamvis hoc veteres usi sunt, ut Terentius in Hecyra 'corripuit de repente' . secutus et Lucretius, 'de subito' . quidam etiam illud constituunt, 'Siculo prospexit ab usque Pachyno' .

DE PARTICIPIO

Participium quare dictum est? Participium vocatum est, quod partem

3 quaedam et et in dativo B 4 ex om. BM 8 pridie om. B, add. M
9 quidem] quadam corr. quidem B 15 existimantis M extimantis B aestimantis V
17 heus] eus B 18 heu] eu B 19 seorsum aliterationis B . item in
reliquis alia om. B 21 ecastor V castor B 22 iterum M item B 28 in
hecira B : Hec. IIII 1,3 29 Lucretius] II 265. III 643 quedam B : cf.
Prob. p. 155,8 30 siculo M sel'o (h. e. seculo) B : Verg. Aen. VII 289
31 DE PARTICIPIO om. B. Participii regula praeteriti temporis triplex est, in
tus, ut lectus scriptus, in sus, ut occisus, in xus ut crucifixus. praesens in
ans uel ens, ut amans dicens. futuri temporis actiua significatione in rus, ut
lecturus, passiva in dus, ut legendus M

p. 29. 30 H.

accipiat a nomine, partem a verbo . nam casus a nomine mutuatur, tempora a verbo . quod enim declinantur participia, hoc a nomine est; quod vero temporibus conveniunt, hoc a verbo est . inde ergo participium dicitur . Participia praesentis temporis in quam syllabam exeunt? Participia in praesenti tempore in ens et in ans syllabam exeunt, ut legens amans; in futuro vero activa significatione in rus, ut amaturus, passiva in dus, ut legendus amandus . sane in praeterito tribus syllabis terminantur, in tus, ut scriptus lectus, in sus, ut occisus visus, in xus ***

DE CONIUNCTIONE

10 Quid est coniunctio? Pars orationis nectens ordinansque sententiam. Coniunctioni quot accidunt? Potestas, ordo, figura, accentus. Potestas coniunctionis in quot species dividitur? In quinque, id est copulativam, disiunctivam, expletivam, causalem, rationalem. Copulativae speciei coniunctiones quot sunt? Sex hae, et simplex, que simplex, ac simplex, at simplex, 15 ast simplex, atque composita. Disiunctivae speciei coniunctiones quot sunt? Numero sex hae tantum, aut simplex, ve simplex, vel simplex, ne simplex, nec simplex, neque composita. Expletivae speciei coniunctiones quot sunt? Vndecim hae tantum, quidem simplex, equidem composita, etquidem composita, saltim simplex, videlicet composita, quamquam composita, quamvis composita, 20 quoque composita, autem simplex, tamen simplex, porro simplex. Causalis speciei coniunctiones quot sunt? Numero triginta et tres, id est si simplex, etsi composita, etiam simplex, etiamsi composita, tametsi composita, sitamen composita, siquidem composita, quando simplex, quandoquidem composita, quatinus composita, quin simplex, quinetiam composita, sin simplex 25 sinautem composita, sinetiam composita, seu simplex, sive composita, nam simplex, namque composita, ni simplex, nisi composita, nisisi composita, enim simplex, | etenim composita, ne simplex, sed simplex, interea composita, quamobrem composita, praesertim simplex, item simplex, itemque

9 DE CONIUNCTIONE *Prob. 143,23*

2 declinatur B 6 passiva om. B 7 terminatur B 8 in xus plus non inveniuntur INT Quid est coniunctio unius versus spatio post inveniuntur relicto B 12 copulativam] compulatur uiam B 13 INT Copulativae coniunctionis species quod sunt R Sex hae B Copulativae speciei coniunctiones numero sunt sex hae *Probus p. 143,28. item in reliquis coniunctionum definitionibus Probus emendatam scripturam praeiuit* 15 disiunctivae coniunctionis species quod sunt B 17 expletivae coniunctionis species quod sunt B 18 haec tantum B 19 quamvis quoque; composita autem B 20 causalis speciei coniunctionis B 21 si om. B 22 etiam simplex etiam composita si tamen composita si quid composita B 24 qui in simplex B 25 seu composita siue composita nam simplex namque composita nisi simplex nisi (*superscr. si*) compositae nim simplex B 28 item] iter B

p. 30 H.

composita, ceterum simplex, alioquin composita. Rationalis speciei coniunctiones quot sunt? Numero viginti et quattuor hae sunt tantum, quoniam composita, praesertim simplex, item simplex, itemque composita, ita simplex, itaque composita, quia simplex, quoniam simplex, quoniam quidem composita, quapropter composita, quamquam composita, quippe simplex, qui simplex, atqui composita, alioquin composita, enim simplex, etenim composita, enimvero composita, ergo simplex, ideo composita, igitur simplex, scilicet composita, ceterum simplex, propterea composita.

Ordo coniunctionum qui est? Quo apparent coniunctiones, quae praeponi debeant tantum, quae subiungi tantum, quae et praeponi et subiungi. praeponuntur coniunctiones tantum numero septem hae, at ac ast sin sinautem nam * . subiunguntur coniunctiones tantum numero quattuor hae, ve que ne quoque . iam ceterae coniunctiones [et proponuntur et subiunguntur] exceptis supra dictis coniunctionibus et praeponuntur et subiunguntur.

Figura accidit coniunctionibus an non? Accidit, sic uti et ceteris partibus orationis. Quae? Simplex et composita. quae autem sit figura simplex et quibus ex rebus et quot modis fiat figura composita, iam in nomine satis tractavimus.

Accentus coniunctionum quot sunt? Quinque? Qui? Productus, correptus, acutus, pressus, † etheria utraque, id est distinctio et non distinctio. nunc hi certis coniunctionibus per species dati observantur. at vero ceteri accentus per ceteras species coniunctionum naturales, id est simplices, esse probantur.

Sunt coniunctiones, quae, cum aliis partibus orationis respondeant, intellectu tamen discernuntur, ut ve, si non cum commotione animi pronuntiat, erit coniunctio, ut 'Pariussve lapis'; si vero vae cum commotione animi proferatur, erit interiectio, ut 'vae misero mihi'. quoque, si pro ablativo casu non respondeat, erit coniunctio, ut apud Virgilium

tu quoque litoribus nostris Aeneia nutrix .

1 coniunctionis B 6 atqui] adqui corr. adque B 9 qui est] qui sunt B 10 debeant tantum est quae subiungi B 11 praeponuntur coniunctiones tantum numero septem he ad hac ast sin sinautem nam B praeponuntur coniunctiones numero octo hae tantum, at ac ast sive seu vel sin sinautem Probus p. 144, 24. lacunam indicavi, qua una ex septem coniunctionibus praepositivis excidit, si modo septem, non sex ab Audace adscriptae erant 12 subiunguntur praepositiones tantum numero septem quattuor hae vae quae nae quoque B 17 sit] fit B 21 praesus et heria utraque B . hyphen et diastolen communi nomine comprehendisse videtur grammaticus 23 naturales] morales B 26 ut aut vae si non commotione animi pronuntiantur B 27 Pariussve lapis] papius vel papis B: Verg. Aen. I 593 si vero ue commotio . ne B si ablativo casu respondeat B 30 tu quoque] Verg. Aen. VII 1

p. 31 H.

si vero quoque pro ablativo casu respondeat, erit pronomen . porro, si
 'vero' | significat, erit coniunctio; si vero 'longe', erit adverbium . quando,
 si 'quatenus' significat, erit coniunctio, ut puta 'quando hoc tibi placet';
 si tempus, erit adverbium, ut puta 'quando fiet' . quamquam, si non pro
 5 accusativo casu respondeat, erit coniunctio, ut apud Ciceronem 'quam-
 quam patres conscripti'; si vero quamquam pro accusativo casu
 respondeat, erit pronomen . sic et aliae quando *sint* coniunctiones et
 quando aliis partibus orationis respondeant, *intelleguntur*.

Enim etenim enimvero coniunctiones voluerunt aliqui et causalis
 10 speciei retinere potestatem, quarum discretio apud auctores nulla esse
 reperitur, et ideo supervacue hoc dixisse intelleguntur.

Item sunt coniunctiones, quae metri vel structurae necessitate sic
 inveniuntur transfiguratae †rgo ut apud libium epton desistere tempore
 quievit . item sunt qui 'sine' pro coniunctione accipiant rationali . quare
 15 hoc monemus, quod 'sine' numquam *pro* coniunctione veniat in oratione,
 et ideo falsum est 'sine' inter coniunctiones inmittere.

At coniunctio omnibus casibus praeponitur: nominativo,
 at regina gravi iamdudum saucia cura,
 genetivo, 'at furiis Caci mens effera', dativo, 'at tibi pro scelere
 20 exclamat', accusativo, 'at me tum saevus circumstetit horror',
 vocativo, 'at tu dictis, Albane, maneres', ablativo,
 at parte ex alia, qua saxa rotantia late
 intulerat torrens.

DE PRAEPOSITIONE

25 Praepositio quid est? Pars orationis quae praeponitur nominibus atque

24 DE PRAEPOSITIONE *Prob. 147,4*

1 si ue ro quoq. pro ablativo casu non respondeat B Porro si uero si
 uero significat B porro si verum significat *Probus p. 145,30* 2 si uere longe B
 5 apud Ciceronem] in *Catil. IIII 6,11* 7 sic et aliquando coniunctiones et
 quando aliquis partibus orationis respondeant. Enim B 9 aliqui] cf. *Prob.*
p. 144,15 10 potestatum B 12 transfigurata ergo B 14 quievit] quiuit
 in margine codicis adscriptum est manu Petri Danielis . sed unde exemplum
 petitum sit, vel quam coniunctionem grammaticus transfiguratum esse voluerit,
 propter corruptam codicis scripturam certo dici non potest. *Vergilii versum Aen.*
I 37 mene incepto desistere victam de ne coniunctione adscripsit *Probus p.*
145,17 . sine a quibusdam figurate legi adnotavit idem *p. 144,18* item — ratio-
 nali] Sint et item sunt qui sinet pro coniunctione accipiant rationem illi B
 15 quod sunt numquam coniunctione ueniat in oratione B 18 at regina] *Verg.*
Aen. IIII 1 19 generatio ad furicati mens B: *Verg. Aen. VIII 205* at
 tibi] *Verg. Aen. II 535* 20 at me] *Verg. Aen. II 559* 21 at tu] *Verg.*
Aen. VIII 643 22 at parte] *Verg. Aen. X 362* 24 DE PRAEPOSITIONE
 om. B

p. 31. 32 H.

verbis. Praepositio quot sonos habet? Numero quinquaginta quinque tantum. Praepositioni quot accidunt? *Tria . Quae?* Casus, figura, accentus.

Accusativo casui quot | praepositiones accidunt? Numero triginta hae, ad amicum, apud hospites, ante arcum, adversus hostes, cis fluvium, citra 5 conscientiam, circum murum, circa domesticos, contra inimicos, erga filium, extra patriam, inter prudentes, intra palatium, infra templum, iuxta balneas, ob meritum, penes illum, per viam, prope mare, propter uxorem, praeter summam, post annos, pone locum, secundum ius, trans flumen, ultra vires, usque Romam, secus vos, supra Capitolium, circiter 10 annos. Ablativo casui quot accidunt praepositiones? Numero quindecim hae, a civitate, ab amico, abs te, absque servis, cum fratre, coram parentibus, clam domino; de fuga, e medio, ex usu, prae metu, pro fide, palam omnibus, sine fine, tenus pube. Vtrique casui, id est accusativo et ablativo, quot praepositiones accidunt? Quattuor, in sub super subter. 15 Nunc quem ad modum hae supra dictae praepositiones accusativo casui et quem ad modum ablativo casui respondent? Quando ire isse iturum esse significamus, praepositiones quo et accusativo casui respondere coguntur, ut puta 'quo is? in villam', 'quo iveras? in villam', 'quo iturus es? in villam'. at vero quando esse fuisse futurum esse significamus, 20 praepositiones ubi et ablativo casui respondere inveniuntur, ut puta 'ubi es? in villa', 'ubi fuisti? in villa', 'ubi futurus es? in villa'. sic et sub super subter. item aliud praeceptum, quo dinoscantur supra dictae praepositiones, quando accusativo et quando ablativo casui respondere debeant. quando enim nos ex aliquo loco in alium locum pervenire significamus, supra 25 dictae praepositiones accusativo casui respondere coguntur, ut puta 'cecidit in forum', 'ruit paries in forum', 'deambula in forum'. at vero quando in eodem loco fieri aliquid significamus, supra dictae praepositiones ablativo casui respondere videntur, ut puta 'cecidit in foro', 'ruit paries in foro'. sic et sub super subter. item de *in* praepositione hoc monemus, ut, 30 quando pro aliquo vel contra aliquem aliquid significamus et supra scriptam praepositionem obponimus, accusativo casui respondeamus, ut puta 'facio laudes in amicos', 'dico vituperationem in inimicos', 'nihil dico in vos'.

2 Int. Praepositione quod accidunt R. Casus accusativus et ablativus utriusque utriusque loquela figura accentus B. ex his tributae sunt accusativo casui numero triginta, ablativo quindecim, utrisque, id est accusativo et ablativo, numero quattuor, loquellis numero sex *Probus p. 147,5* 9 pone] poene B 14 utroque casui B 16 non quemadmodum hae supra dictae praepositiones accusativo casui respondent sub ibi quando ire B 19 cogantur B quo is] quos his B quo iveras] quod veras B quo iturus es] eo iturus B 23 quo dinoscantur] quot oscantur B 24 et quando ablativo om. B 25 ex aliquo] ex alio B 30 in om. B 33 vituperatio inimicos B

p. 32. 33 H.

cetera talia accusativo casui necesse est ut respondeant . item de in
 praepositione hoc monemus, quod, quando aliquid penitus efficitur et
 supra dicta praepositio obponitur, accusativo casui respondemus, ut puta
 'figo in parietem', hoc est longius vel intrinsecus; at vero quando aliquid
 5 levius vel medie geritur et supra dicta praepositio obponitur, ablativo
 casui respondemus. |

Loquellis quot praepositiones accidunt? Sex . Quae? Con di dis re
 se am, ut puta congregior conduco, diligo dilectus, dissutus dissonat,
 retinens repetens, sedens sedeo, amplector ambio . sic et aliis loquellis
 10 praepositiones accidere reperiuntur.

Figurae praepositionis quot sunt? Figura praepositionibus accidit sicut
 et ceteris partibus orationis, id est simplex et composita . simplex prae-
 positionis figura est ab, composita absque . quae autem sit figura simplex
 et quibus rebus et quot modis fiat figura composita, iam in nomine satis
 15 respondentes tractavimus.

Praepositionibus quot accentus accidunt? Tres, productus, pressus
 et acutus, quos competentibus praepositionibus adnotabimus . at vero
 ceteras praepositiones praetermittimus, quoniam naturales, id est simplices,
 accentus habere reperiuntur . sunt praepositiones quae aliis partibus
 20 orationis respondeant; sed hae intellectu discernuntur, ut puta ante, quando
 praepositio et quando adverbium esse dinoscitur . quare hoc monemus,
 quod, quando ante *cum* casu suo et presso accentu pronuntiatur, prae-
 positio nuncupatur, ut apud Virgilium 'Aeneae stetit ante pedes' et
 cetera talia . at vero quando ante non cum casu suo et cum acuto accentu
 25 profertur, adverbium iudicatur, ut apud Virgilium

ante et Trinacria lentandus remus in unda

et apud Sallustium 'Antonius paucis ante diebus erupit ex urbe',
 item apud Virgilium

saltem siqua mihi de te suscepta fuisset
 30 ante fugam suboles .

sic et aliae praepositiones, quae neque cum casu suo *et cum* acuto accentu
 inveniuntur, iam non praepositiones, sed hoc quod significant appellantur .

1 cetera alia B 3 respondeamus B 8 conducor B 9 amplector
 amplior . bior sic in aliis B 11 sicut et in ceteris B 13 ab] ap B
 15 respondentis B 17 adnotauimus B 18 praemittimus quoniam morales B
 19 quae aliis] quaecumque his B 20 hae] haec B 21 dinoscitur B
 22 ante casu suo et praesu accentu pronuntiantur B 23 aenestetit B : Verg.
 Aen. V 381 24 et tamen acuto B 26 ante et trina tria B : Verg. Aen.
 III 384 27 Sallustii verba in codicibus Probi p. 149,4 mutilata erant 29
 saltem] Verg. Aen. IIII 327 suspecta B 31 neque cum casu suo acuto
 accito inveniuntur B 32 sed hoc] sedici B

p. 33. 34 H.

item *adversus* significat et participium. *circum* significat et nomen. praeter significat et adverbium, ut apud Sallustium 'praeter rerum capitalium condemnatis'. post significat et adverbium, ut apud Virgilium 'longo post tempore venit'. contra significat et adverbium, ut puta 'contra faciens'. cum significat et adverbium, ut apud Ciceronem 'cum hos audiebam'. prae significat et adverbium, ut apud Terentium 'prae ut huius'. sine significat et verbum. super significat et adverbium, ut apud Virgilium 'super ipsi Dardanidae infensi'. re et se, si presso accentu pronuntiantur, praepositiones esse reperiuntur, ut puta refero refer, separato securus seduxit. at vero re et se, si acuto accentu pronuntiantur, non praepositiones, sed hoc quod significant appellantur, ut puta regula retia retis, sedeo senui sequor. sic et in ceteris talibus re et se, quando sint praepositiones et quando aliis partibus orationis respondeant, per accentuum sonos dinoscentur.

Tenus praepositionem Virgilius metri necessitate genetivo casui numeri pluralis praeposuit, ut

crurum tenus a mento palearia pendent.

Inter coram et palam praepositiones hanc volunt aliqui esse differentiam, ut palam notis vel ignotis respondeat, ut puta palam omnibus, coram autem notis tantum respondeat, ut puta coram patre, coram amico.

Con et in praepositiones, si s vel f litteris praeponuntur, acuto accentu pronuntiantur, ut puta insolens infestus, consequens confessus; sic et cetera talia.

In et ad praepositiones voluerunt hanc aliqui habere discretionem, hoc est ut si quis dicat 'in forum eo', in ipsum forum se ire significet; at vero si quis dicat se ad forum ire, ad locum qui est iuxta forum venire significet. sed hoc Cicero improbavit in invectivis dicens 'quod vitandae suspicionis causa ad Marcum Lepidum te habitare velle dixisti,

1 item significat participium significat. significat et nomen per significat et adverbium et apud sallustium per rerum B: *supplementa praebuit Probus p. 149,4* 2 praeter] *Sallust. Catil. 36,2* 4 longo] *Verg. bucol. 1,30* contra significat adverbium B 6 prae significat et adverbium et apud p[ro]fatus. Siue significat adverbium B: prae significat et adverbium, ut apud Terentium 'prae ut huius rabies'. sine significat et verbum, ut apud Terentium 'sine me pervenire quo volo' *Probus p. 149,17* prae ut] *Terent. Eunuch. II 3,10* 8 super ipsi dardani. s. de infensi B: *Verg. Aen. II 71* 10 separato securus seduxit] sedeo senui sequor B: cf. *infra 12* 11 hoc] hic B 12 sedeo senui sequor] separato securus seduxit B: cf. *supra 10* in ceteris aliis B 14 per accentum sonos B 17 crurus tenus B: *Verg. georg. III 53* 18 Inter coram palam praepositionis hanc volunt aliqui esse praepositiones ut B 20 tantum] autem B 23 cetera alia B 25 se ire] se scire B 27 improbavit in invectivis B: *Cic. in Catil. I 8,19*: cf. *Serg. explan. in Don. p. 517,22* 28 dixisti] existi B

p. 34. 35 H.

a quo non receptus etiam ad me venire ausus es', et 'Caesar ad Italiam'.

Ex et ab praepositiones aliqui sequentibus consonantibus vel vocalibus loco consonantium positae dicunt corrumpi, ut puta e foro, a Iunone .
 5 sed hoc monemus, quod hae praepositiones non per omnia sic perseverent: siquis etenim dicat '†instrumentis doceo', 'ab scholastico audiui' . quam imperitiam contemnens Sallustius supra dictas praepositiones sequentibus consonantibus integras pronuntiavit dicens 'nam tum Brutus ab Roma aberat'. |

10 Abs praepositio quinque sonos excitat tantum, id est absque absque et cetera talia.

Ad et apud praepositiones sic intelleguntur, ut puta si dicas 'ad quem studet', significat 'adversus quem machinatur'; at vero si dicas 'apud quem studet', significat 'ex quo discit'.

15 Praepositiones huius artis lator non necessario dicit nominibus civitatum adiungi, ut puta 'Romam venio', 'Karthaginem eo' et cetera talia . sed hoc plurimi auctores contemnendum existimaverunt, ut apud Sallustium 'Marius ad Talam profectus'; item idem 'nam tum Brutus ab Roma aberat' . sic et cetera talia.

20 Super praepositionem Plinius Secundus ex his tribus praepositionibus, id est supra de in, vult habere significationem, ut puta supra, 'saeva sedens super arma', item 'socii exanimem super arma ferebant', id est supra: de,

multa super Priamo rogitans, super Hectore multa,

25 id est de Priamo et de Hectore; item in Iugurthino bello 'ne super tali scelere suspectum se haberet', id est de tali scelere: in, 'gemina super arbore sidunt', id est in arbore; item 'fronde super viridi', hoc est in viridi fronde.

De praepositione quantum ratio poscebat respondimus.

1 es] est B 3 sequentibus consequentibus sonantibus uel uocalibus loco consonantibus uel uocalibus loco consonantium positi sic indi ut puta fero ab iunone B 6 fortasse ut siquis dicat ex scriptis doceo . lacunam, qua apodosis excidisset, post audiui indicavit Thurot *revue critique* a. 1877 p. 308
 8 nam tum] Sallust. Catil. 40,5 11 cetera alia B 14 significat ad ex quodiciis B 15 huius artis lator] Prob. p. 150,21 16 et ceteralia B
 18 marius ad talia B: Sallust. Iug. 75,6 eo modo instructus ad Thalam proficiscitur nam tum] Sallust. Catil. 40,5 19 cetera alia B 20 Plinius plenius B . quaeestio de super praepositione saepe a grammaticis tractata, Plinio ab aliis tributa non est 21 seu sedens super arma ferebant id est supra De et in margine post arma antiqua manu id est supra item socii examinē super arma B . Verg. Aen. I 295. X 841 24 multa] Verg. Aen. I 750 25 ne super] Sallust. Iug. 71,5 26 scelera posteriore loco B 27 gemina] Verg. Aen. VI 203 sedunt A fronde] Verg. bucol. 1,81 28 in viridi fronde] in uiride B

DE INTERIECTIONE

Quid est interiectio? Pars orationis ostendens animi motum per suspirationem. vario autem motu adfectum animi nostri expromimus ex interiectione. aut enim dolemus, ut puta heu hae * sic et alia quae cum commotione animi suspiranter promuntur ad interiectionem pertinere pronuntiantur. sane sunt interiectiones quae et aliarum partium orationis habeant similitudinem, ut puta heu, si cum animi adfectu proferatur, hoc est per suspirationem, erit interiectio *. si vero simpliciter proferatur, erit adverbium | respondentis, ut heu, vel laudantis, ut 'heu bene fecisti'. ei, si cum animi adfectu proferatur, hoc est per suspirationem, erit inter-¹⁰ iectio, ut puta 'ei mihi quantum mutatus ab illo Hectore'. si vero ei pro vocatione aliqua proferatur, erit adverbium exclamantis, ut puta ei mihi,

pater esse disce ab illis qui vere sciunt.

vae, si cum animi adfectu proferatur, hoc est per suspirationem, erit¹⁵ interiectio, ut 'vae misero mihi'. si vero vae pro vocatione aliqua proferatur, erit adverbium exclamantis, ut 'vae vobis'. sin autem simpliciter ve subiuncta proferatur, erit coniunctio, ut 'Pariiusve lapis'. o, si cum animi adfectu proferatur, hoc est per suspirationem, erit interiectio, ut puta

o mihi sola mei super Astyanactis imago.

si vero o ad accusativum casum proferatur, erit adverbium exclamantis, ut 'o condicionem miseram' et 'o bellum magnopere pertimescendum'. nam si o simpliciter proferatur, erit pronomen vel articulus vocativi casus, ut o iste, o ille. sed quid intersit inter pronomen et articulum, in

1 DE INTERIECTIONE *Prob. 146,1*

1 DE INTERIECTIONE *om. B, add. M* 2 Interiectio est pars orationis
M 3 ex interiectione autem dolemus ut puta heu hae *M* ex interiectionem
autem dolemus ut puta e. u. hae *B. lacunam, qua aliarum interiectionum defini-*
tionem, quae sunt apud Probum, exciderunt, indicavi 4 sic et cetera talia,
quae cum motione animi suspiranter promuntur, ad interiectionem pertinere
probantur *Probus p. 146,5 cum om. M, add. B* 5 animo suspirare *B* animi
suspiratione *M* 6 orationes habeat *B* 7 affectum *M* effectum *B* hoc
est heu per suspirationem *B M. lacunam, qua exemplum heu interiectionis, quod*
est apud Probum, excidit, indicavi 9 ut fecisti heu bene *B* 10 ei *M* Et
B hei *Probus p. 146,11* animi *om. M, add. B* suspirationem *B* susceptionem
M 11 hei mihi *B M: Verg. Aen. II 274* 12 aliqua] aliquod *B M* 13
ei mihi] *Terent. Adelph. I 2,44* 14 esse *om. B M* 15 vae] heu *B, om. M*
16 ut vae] heu *B M* si vero ue pronocationem *B* siuo ue pronocatione *M*
17 sin autem *B* si autem *M* 18 Pariiusve] *Verg. Aen. I 593* 20 o mihi]
Verg. Aen. III 489 21 ad *om. M, add. B* 23 nam si o simpliciter prop-
terea in re erit pronomen *B M* nunc si o simpliciter proferatur, erit pronomen
Probus p. 146,27 24 ut] sunt *B M* sed quid *M* sit quid *B*

p. 36. 37 H.

pronomine satis tractavimus . va, si cum animi adfectu proferatur, hoc est per suspirationem, erit interiectio, ut puta

va quemquamne hominem in animo instituere aut parare ut sit carius quam ipse est sibi .

- 5 si vero va pro vocatione aliqua proferatur, erit adverbium irascentis, ut 'va hominum nequissime' . sic et aliae interiectiones ab aliis partibus orationis discernuntur, hoc est ut, quotiens animum per suspirationem movere inveniuntur, tum suae potestatis esse intellegantur . sin vero non per suspirationem animi, sed aliter proferuntur, id quod significaverint
10 pronuntiantur.

Vae interiectio pressum accentum habere reperitur.

De interiectione quantum ratio poscebat respondimus. |

RECAPITVLATIO DE ACCENTIBVS

- Accentus quid est? Certa lex et regula ad levandam syllabam vel
15 premendam. Accentus unde dictus est? Quod iuxta cantum sit, ut adverbium, quod iuxta verbum sit. Inter accentum et cantum quid interest? Quod cantus in musica, accentus in oratione est. Accentus, qui ad acuendas syllabas gravandasque pertinent, quot sunt? Tres, id est acutus, gravis, circumflexus . ceteri non magis accentus quam notae brevium vel
20 longarum syllabarum, adspiratarum vel exilium iudicantur, quorum nomina sunt brevis, longus, adspiratio, exilitas . sed haec, ut dixi, simplicia sunt signa, quae non egent disputatione . illi vero accentus qui humilitatem vel altitudinem syllabarum ostendunt, id est acutus, gravis, circumflexus, plena ratione tractandi sunt. Acutus cur dicitur? Quod acuat et erigat
25 syllabam. Gravis quare? Quod deprimat et deponat: iste contrarius est acuto. Quid circumflexus? Duplex est: nam ex acuto et gravi constat .

1 in] inter *M* satis tractauimus *M* satis transmutavi *B* 3 ua que quamne *M*: *Terent. Adelph. I 1,13* aut parare] an parere *BM* 7 per suspirationem moveri indicare inveniuntur coniecit *Thurot revue critique a. 1877 p. 308* per suspirationem priore loco om. *M*, add. *B* 8 tum suae] dum suae *B* tamen seu *M* sin vero non per suspirationem cum affectu animi et deinde pronuntiant pro pronuntiantur coniecit *Thurot* . rectius erat sin vero non per suspirationem, hoc est cum commotione animi, sed aliter proferuntur, id quod significaverint esse pronuntiantur. sin uero *B* si uero *M* 9 proferuntur in quo significaverit *B* proferatur in quod significaverit *M* 11 Ve *BM* 13 In recapitulatione de accentibus praeter lectiones codicum *BM* adscripta est discrepantia codicis *Monacensis 6399*, olim *Frisingensis 199 (F)* . item e codice *Leidensi*, quo usus est *Lucianus Muellerus mus. Rhen. v. XVIII (a. 1863) p. 169 sqq.* pauca adscripta sunt : cf. supra p. 329,12 RECAPITVLATIO DE ACCENTIBVS om. *B*, add. *MF* 15 est om. *BMF* ut om. *M* 16 sit om. *BMF* et cantum om. *M* 17 est om. *F* quid acuendas *B* 21 adspirati *MF* 24 cur acutus dicitur *F* 25 grauis quare dicitur *F* 26 quid circumflexus dicitur *F*

p. 37. 38 H.

incipiens enim ab acuto in gravem desinit: ita, dum ascendit et descendit, circumflexus efficitur. Acutus autem et circumflexus similes sunt, nam uterque levat syllabam. gravis contrarius videtur ambobus: nam semper deprimit syllabas, cum illi levant. Dic igitur, quis ubi ponendus sit.

Omnis pars orationis unam de pluribus erigit syllabam et ceteras ⁵ gravat. quod si monosyllaba est pars orationis, ipsa erigitur. in hac erectione, id est fastigio, aut circumflexus ponitur aut acutus; simul ambo poni in una orationis parte non possunt, quia una tantum, ut dixi, syllaba erigi potest cum aliae sint gravatae. ideo quaecumque sunt monosyllabae partes orationis, si naturaliter longae sunt, circumflectuntur, ut mōs rēs. si ¹⁰ vero aut breves sunt aut positione longae, ut quis pars nox, acuto efferuntur accentu. Dic ergo, cur monosyllabae naturaliter longae circumflectantur. Naturaliter longae ideo circumflectuntur, quia duplici accentui, id est | circumflexo, moram praebent; breves autem vel positione longae idcirco acuuntur, quia acutus simplex accentus est, ac per hoc correptus. ¹⁵ ideo brevibus syllabis correptior convenit.

Quid in disyllabis? In duabus syllabis id notandum est, quod in latina lingua numquam posterior levatur: hoc enim Graeci occupaverunt, ut aēr aethér [diptota] et his similia: prior enim in latina lingua semper levanda est. duarum igitur prior si naturaliter longa est et posterior brevis, prior ²⁰ circumflectetur. quicquid aliud fuerit, prior semper acuatur, id est aut ambae naturaliter longae aut positione, aut ambae breves, aut prior brevis et posterior longa. circumflexus ergo sic fiet, si prior naturaliter longa sit, posterior brevis. nam si ambae longae sunt, dum ad posteriorem longam pronuntiandam festinamus, priorem citius relinquimus: ita illi prior ²⁵ naturaliter longa nihil prodest, sed fit acutus, qui simplex est atque

1 desinit B desinet F definit M 3 uterque leuat MF quem te leuat B
contrarius ē videtur M 4 illi MF illis B quis ubi ponendus F quis
ubinponendus B qui subponendus M 5 et om. B 9 aliae sint gravatae
ideo quicumque F alie sunt gravatae idē quaecumque B abe s gravatae hi de
quecumque M 10 sunt circumflectuntur F sunt et circumflectuntur BM
mos MF mors B: notas accentuum et in his et in reliquis vocabulis in codicibus
omissas addidi 11 quis] sunt F 12 accentu hoc loco om. BMF cur non
syllabe naturaliter longe circumflectantur accentu B quur monosyllabe naturaliter
longae circumflectuntur accentu M cur monosyllaba naturaliter longo circum-
flectuntur accentu F 13 duplici accentui Muellerus, duplici accentu BF et
codex Leidensis, duplici accentu M 14 vel] ut M 15 acutus] acuatur B
correptus est F 16 correptior B correptio MF 17 in duabus syllabis] in dissyllabis
coniecit Muellerus 19 diptota seclutit F. Schoellius de accent. ling. lat., act. soc.
phil. Lips. v. VI p. 206: fortasse Dido prior enim] priorem M 20 duarum]
quarum BMF 21 circumflectetur B circumflectitur MF quicquid aliud
fligerit priorem id est aut ambae M 22 longae — ambae breves om. F
23 fiet] fiat F 24 ad posteriora longa B 25 pronuntiandum BM pro-
nunandam F 26 sed sit acutus quid simplex B

p. 38. 39 H.

corruptior . ergo si et naturaliter longa sequentis productione impeditur, quanto magis in ea quae positione longa est vel brevis acutum locare debemus . si ergo dicas luna, prior syllaba circumflectetur, quia naturaliter longa est et sequens brevis . quod si iustos dixerimus, in priore
 5 syllaba acutus erit, quia et posterior longa est . si vero positione longa fuerit superior aut brevis, semper acuetur, ut bónus princeps sénex cámpus . posterior vero syllaba semper gravabitur, id est gravem accipiet accentum.

In trisyllabis iterum quae ratio est? Vt [nisi] semper paenultimam
 10 inspiciamus, quae si longa est, illam in ea servabimus regulam, quam diximus in duabus syllabis esse servandam, id est ut, si naturaliter longa est et posterior brevis, paenultima ipsa circumflectatur . sin autem positione erit longa, paenultima acuetur, ceterae gravabuntur . circumflectetur igitur paenultima in his nominibus, ut Donátus; in his vero acuetur paenultima,
 15 ut campéstris perductus laudándus . si vero paenultima brevis fuerit, a fine | tertia semper acuetur, sive longa sit sive brevis . neque enim natura longa ei proderit, quia sequentibus duabus syllabis impeditur . citius enim relinquitur, dum ad illas pronuntiandas festinamus . erunt igitur huius modi nomina in quibus a fine tertia syllaba semper acuetur, ut
 20 Túllius Átreus cándidus . quarta vero a fine et quinta et quaecumque fuerit ulterior gravem semper accipiet . ab ea enim quae est a fine tertia ulterius non potest acutus ascendere . nam circumflexus in paenultima tantum locatur vel in novissima, si nomen est graecum, ut Allectó Theanó et similia, quae, quia graeca sunt, graeca ratione nituntur.

25 Sunt item quaedam quae a regularum ratione recedunt : nam per omnes syllabas gravantur, circumflexo vero vel acuto accentu carent .

1 ergo si et B ergo sic et M er et si F 3 circumflectetur B circumflectitur F circumflectitur M 4 in priore F in priori M imperiora B
 5 acutus om. M quia] q; F est om. M positio B 9 in trisyllabis iterum que ratio est B in trisyllabis iterum qui ratio est F in trisyllabis que ratio est M nisi seclisit Muellerus: fortasse ut nonnisi 10 penultima MF
 illam om. M 11 in dissyllabis coniecit Muellerus id si natura est et posterior F 12 circumflectatur B circumflectitur MF 13 cetera gravabuntur BM cetera gravantur F circumflectitur autem penultima in his omnibus M circumflectetur aut penultima in his omnibus B circumflectetur autem in his omnibus F 15 ut campestris] aut prestris B perductus om. F 16 tertia] et tia B 17 natura ei longa proderit M 19 a fine om. M acuetur F acuitur MB 20 Atreus] adreus B: cf. Quintil. I 5,23 quicumque F
 21 que a fine est tertia M 22 acutus accedere M accutus accedere B accentus ascendere F nam] nano F 23 adlecto F teano BMF 24 quia om. M 25 regularum ratione F regula harum rationum BM 26 circumflexi vel acuti (acuti B) accentus carent BF circumflexi veluti accentus carent M : circumflexi vel acuti accentus fastigio carent coniecit Muellerus

p. 39. 40 H.

plenius ergo intendendum est animo, ut haec intellegere possimus. non omnes partes orationis aequales sunt. nam nomen et verbum et participium inter partes omnes excellunt; ceterae his adpendices videntur. nam et pronomen subiacet nomini, et verbo servit adverbium. coniunctio quoque et praepositio ad clientelam maiorum partium pertinent. hae ergo 5 partes, quae adpendices sunt, sic maioribus copulantur, ut tamquam in unam partem orationis coalescant, proprium vero fastigium perdant, non omnes dumtaxat, sed pleraeque. adverbia pauca fastigium amittunt, quae sunt locorum, quando confirmativa sunt. nam si interrogativa fuerint, ut est 'quo te, Moeri, pedes?' et 'quo fugis, Aenea?' et 'qui genus, 10 unde domo?' et 'quove ire iubes, ubi ponere sedes?', circumflectuntur vel acuuntur iuxta regulas quae praedictae sunt. si autem confirmativa fuerint eadem adverbia, gravabuntur, ut

ille, vides, pura iuvenis qui nititur hasta.

hic enim 'qui' pronomen gravem sumit accentum, quia non interrogativum, 15 sed confirmativum est. adverbia confirmativa sunt, ut 'genus unde Latinum' et illud,

est hic, est animus lucis contemptor et istum

qui vita bene credat emi, quo tendis, honorem.

hic ergo et 'unde' et 'quo' et 'qui', quia confirmativa sunt, gravantur. 20 sed haec in pronomibus et adverbis pauca sunt, in coniunctionibus plura. nam copulativae et disiunctivae prope omnes gravantur. expletivae plures fastigia retinent. causales autem et rationales quaedam cum fastigiis, aliae gravi accentu deprimuntur, quod in pronuntiatione deprehendes. praepositiones vero omnes sine fastigio sunt. sane notandum est adverbium 25

1 intendendum] intuendum F ut haec intellegere possimus B ut hec intellegere possumus M ut aut intellere possumus F non] nam M 3 appendices esse videntur Muellerus, appendices esse videntur codex Leidensis: fortasse adpendices habentur vident F 4 serviet F 5 clientellam MF clientalem B maiorum] malarum F hae ergo F haec ergo B hec ergo M 7 coalescunt M proprium vero F et codex Leidensis, proprium ergo BM perdant om. M, add. B: perdant — pauca fastigium in marg. add. F 8 plerique M amittunt Muellerus, admittunt BMF et codex Leidensis 9 quando] qm F 10 quo te moere F quo te moveri M te moveri B: Verg. bucol. 9,1 quo fugis] Verg. Aen. X 649 qui genus BM quod genus F: Verg. Aen. VIII 114 11 domo] domu M quove] Verg. Aen. III 88 sedes] debes M 12 autem] aut F 13 gravantur F 14 ille] Verg. Aen. VI 760 16 sunt] sint B genus] Verg. Aen. I 6 18 est hic enim animus lucis quotemtor et istum F est hic enim animus lucis quo temptorestum M est hic enim animus lucis quo temptor estu B: Verg. Aen. VIII 203 19 vita B vita F uitam M emi M eni B en F 23 plures] plurales F autem aut F redam cum fastigis M: fortasse quaedam cum fastigio sunt 24 aliae] aliis F deprimuntur B depraecendas M 25 adverbium om. M

p. 40. 41 H.

'ergo', ut 'illius ergo venimus', quod propter distantiam coniunctionis 'ergo' in posteriore syllaba circumflectitur. illae quoque particulae notandae sunt, quae *ve ne*, quae semper aliis partibus subiunguntur, ut 'arma virumque' et 'quidve dolens' et 'mene incepto desistere victam'.
 5 quae illam novitatem habent, ut et ipsae fastigium perdant et illarum partium, quibus subiunctae sunt, levationem in novissimas syllabas transferant. verbi gratia 'virum' in priore acuitur, 'virumque' autem in posteriore erigitur, quae iam non posterior, sed media trium syllabarum in unum redactarum reperitur. interiectiones omnes, quia de graeco
 10 sermone mutuati sumus, ideo in novissimis syllabis fastigium capiunt, ut papae, attat, ehem; et ceterae similiter vel acutum vel circumflexum in ultima sumunt.

DE BARBARISMO

Quid est barbarismus? Dictio vitiosa. haec autem definitio et generalis est et specialis, quia dictio et contexta oratio et una pars eius intellegitur. consuetudo autem hunc tantum barbarismum appellat, qui fit in una parte orationis. barbarismus igitur una est pars orationis corrupta. sed hoc vitium in soluta oratione barbarismus | vocatur, ceterum apud poetas metaplasmus dicitur. Barbarismus et barbarolexis quid inter se
 20 differunt? Quod barbarismus fit in nostra loquella, barbarolexis in peregrina: nam barbarolexis barbara dictio nuncupatur.

Quot modis fit barbarismus? Quattuor, id est adiectione detractio inmutatione transmutatione: nam aut adiecit aut detrahit aut mutat aut transmutat litteram syllabam tempus adspirationem accentum. adiectione
 25 quippe litterae fit barbarismus, ut audiveram pro audieram et legites,

9 interiectiones — 12 sumunt *Beda de art. metr.* 241,9 item interiectiones ut Audacius ait, quia de graeco sqq.

1 illius] *Verg. Aen. VI 670* 2 sunt notande *M* 3 arma] *Verg. Aen. I 1* 4 et quiduae *B* ut quiduae *M* quiduae *F*: *Verg. Aen. I 9* mene] *Verg. Aen. I 37* uicta *M* 5 illarum] aliarum *B* 6 subiuncta sunt leque actionem *M* 7 gratiam *M* in priori *M* in posteriorē erigitur *F* in posteriori erigitur *M* in posteriora erigatur *B* 8 media trium] mediarum *B* 9 in unum reductarum repperitur *F* in num reductarum repperetur *M* in unum redacturum repperitur *B*. reliqua in *F* ommissa sunt quia *B* quae *M* 11 papae atthar hoc hem et cetera *M* pape at (*corr.* ad) tathoe hem et cetera *B* in ultimo *BM* et *Beda* 13 DE BARBARISMO *om. BM* unius versus spatio relicto in *B*, non indicato novae partis initio in *M* 14 generalis] generis *M* 15 quia] quae *M* 16 appellant quae fit *M* 18 hoc] haec *M* 19 maetaplasma dicitur *M* metaplasmus dicitur uera *B* 20 differuntur *M* nostra *om. B*, add. *M* 21 nam *om. M*, add. *B* 23 transmutatione *om. B*, add. *M* 24 adiectionem quippe littere fit *B* adiectione quippe uel fit *M* 25 ut audiveram] aut audiueram *M*

cum satis sit dicere legite . detractioe litterae, ut nutribam pro nutriebam .
 adiectione syllabae fit barbarismus, ut siquis dicat prandidi pro prandi, quia
 pransurus facit, non pranditurus: nam quae in praeterito geminata syllaba
 proferuntur, in participio quoque futuri temporis eandem syllabam servant,
 ut tradidi traditurus, reddidi redditurus . detractioe syllabae, ut verbi
 gratia currum pro curruum . item inmutatione litterae, ut olli pro illi,
 maxime pro maxime . inmutatione syllabae, ut tum pro tunc, relicum
 pro reliquo . transmutatione litterae, ut * transmutatione syllabae, ut
 displicina pro disciplina . adiectione temporis, ut 'exercet Diana
 chorum': producta enim di geminatur tempus syllabae, cum correpte¹⁰
 Diana dici debeat . detractioe temporis, ut si dicamus correpta media
 syllaba emērunt, cum producta emērunt dici debeat . similiter per ad-
 spirationem etiam fit barbarismus, dum aut adicitur h, ubi non oportet,
 aut detrahitur, ubi esse oportet, quod vitium scriptum invenitur: per
 adiectionem adspirationis, ut siquis dicat * onorem pro honore aut unum¹⁵
 pro humo . accentu fit barbarismus, cum aut acutus pro gravi aut
 gravis pro acuto vel alius pro quolibet ponitur, ut si dicas Métellus acuto
 accentu in prima, cum in secunda sit acutus accentus, in prima gravis.

Barbarismus nullo modo excusari potest? *Potest*: si enim per inpru-
 dentiam fiat, vitium est; si a poetis, virtus elocutionis, et appellatur graece²⁰
 metaplasmus.

1 detractioe n̄t nutribam M 2 sillabam M 3 non pranditurus M
 non prandiditurus B 5 tradidi] tradidit BM . quae sequuntur usque ad finem
 libri in Bernensi codice scripta non sunt reddidi] reddi M ut quae gratia M
 6 currum] corru M 7 maximae pro maximi M tunc] tuno M 8
 transmutatio littere ut transmutatio sillabae ut disciplina pro disciplinā M
 lacunam, qua exemplum transmutationis litterae excidit, indicavi 9 exercet
 chana M: Verg. Aen. I 499 10 geminatum M chana M 12 pro aspi-
 rationis litteram fit M 13 dum acuta dicitur h M 15 dicat honorem pro
 honorem aut humum pro humo M . lacunam, qua exempla adiectae adspirationis
 exciderunt, indicavi 16 accentum M 17 pro quodlibet M acutu acentu
 prima M 18 in ima gravis M 19 excusari potest. si enim M 21 meta-
 plasma M